

Nutzungsbedingungen für Online-Angebote der Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel

Die Online-Angebote der Wolfenbütteler Digitalen Bibliothek der Herzog August Bibliothek (<http://digibib.hab.de>) sind urheberrechtlich geschützt und unterliegen Nutzungsrechten. Soweit nicht anders vermerkt, stehen sie unter einer [Creative Commons Namensnennung-Weitergabe unter gleichen Bedingungen 3.0 Deutschland Lizenz](#) (CC BY-SA).



Unter diese fallen online frei verfügbare Imagedigitalisate, Strukturdaten, Volltexte, Daten aus Datenbanken (in der über OAI abfragbaren Form), Ton- und Videodokumente sowie aktuelle Publikationen. Bitte beachten Sie, dass für über die Webseiten der Herzog August Bibliothek angebotene Dokumente Dritter andere Rechte gelten können.

Erläuterung

Die Online verfügbaren digitalen Angebote der Wolfenbütteler Digitalen Bibliothek stehen allen Interessierten weltweit frei unter einer CC BY-SA Lizenz zur Nutzung zur Verfügung. Neben den in <http://creativecommons.org/licenses/by-sa/3.0/de/legalcode> ausgeführten allgemeinen Einschränkungen ist bei einer Nachnutzung Voraussetzung, dass a) der Urheber in der nachfolgend beschriebene Form genannt ist und dass b) das Angebot unter den gleichen Bedingungen, d.h. vor allem frei und unentgeltlich, erfolgt.

- a) Bei der **Namensnennung (BY)** ist Folgendes zu beachten (vgl. CC BY-SA, Abschnitt 4.a und 4.c). In Digitalisaten angebrachte Herkunftsangaben – typischerweise die Fußleiste – dürfen als Nachweis nicht entfernt werden.¹ Zugleich muss auf der Angebotsseite an geeigneter Stelle, in jedem Fall aber innerhalb der Domain des Angebotes ein Nachweis in der folgenden Form angebracht werden: Sofern ein eigener persistenter Link (PURL, URN, etc.) verwendet wird, muss der persistente Link der Wolfenbütteler Digitalen Bibliothek über, unter oder neben dem eigenen persistenten Link stehen.

Im Druck:

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel <[Persistent URL²]>

© Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel <<http://digilib.hab.de/inkunabeln/14-astron/start.htm>> The image shows the Creative Commons Attribution-ShareAlike (CC BY SA) license logo. It consists of four icons: a circle with 'cc', a person icon with 'BY', and a circular arrow icon with 'SA'.

oder

© HAB Wolfenbüttel: 14 Astron. <<http://digilib.hab.de/inkunabeln/14-astron/start.htm>> The image shows the Creative Commons Attribution-ShareAlike (CC BY SA) license logo. It consists of four icons: a circle with 'cc', a person icon with 'BY', and a circular arrow icon with 'SA'.

¹ Beigefügte Maßstäbe unterliegen nicht dieser Beschränkung und dürfen entfernt werden.

² Zum Zitieren Wolfenbütteler Digitalisate s.: <http://digilib.hab.de/?link=033>

Im Internet (HTML Quelltext):

© Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel <[\[Persistent URL\]](#)> Persistent URL>

oder

© HAB Wolfenbüttel <[\[Persistent URL\]](#)> [Signatur]> 

Z.B. Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel <[\[Persistent URL\]](#)> [Signatur]> 

Wenn sich auf der Seite eine zusätzliche Angabe zur Autorin oder Autor eines Beitrages findet, z.B. © [Autornname] ist folgende Form einzuhalten:

Im Druck:

© [Autornname]. Work originally published by HAB Wolfenbüttel <Persistent URL> 

Im Internet (HTML Quelltext):


© [Autornname]. Work originally published by HAB Wolfenbüttel <[\[Persistent URL\]](#)> Persistent URL oder Signatur> 

Z.B. © Flemming Schock. Work originally published by HAB Wolfenbüttel <[\[Persistent URL\]](#)> 

- b) Bei der Bereitstellung unter **gleichen Bedingungen** ist zu beachten, dass das Werk *frei, unentgeltlich* und im Geiste der *Förderung der Kultur und Wissenschaften* zur Verfügung gestellt werden muss. Sofern dies gewährleistet ist, ist auch eine kommerzielle Nutzung, z.B. in der Wikipedia oder einem Open Access, unter CC BY-SA publizierenden wissenschaftlichen Verlag möglich. Nicht unter diese Lizenz fallen typische kommerzielle Produkte wie Verlagszeitschriften, die Nutzer kostenpflichtig erwerben müssen, zugangsbeschränkte Online-Angebote sowie Nutzungsarten, die ausschließlich auf Werbung oder andere nicht-wissenschaftliche Zwecke zielen. Für alle zuletzt genannten Fälle muss eine kostenpflichtige Sondernutzung vereinbart werden.

Nicht frei über die Homepage der Bibliothek verfügbare Angebote unterliegen gesonderten Nutzungsregeln, die von der Auskunft der Bibliothek (auskunft@hab.de) erfragt werden können. Im Übrigen gilt die Benutzungsordnung für Landesbibliotheken und die Gebührenordnung für die Bibliotheken des Landes Niedersachsen in der jeweils gültigen Fassung in Verbindung mit dem Niedersächsischen Verwaltungskostengesetz.

Herzog August Bibliothek
Wolfenbüttel



PSALMORVM
OMNIVM IVXTA HE-
braicam veritatem paraphrastica inter-
pretatio, authore Ioanne Campēsi, pu-
blico, quum nasceretur & absoluere-
tur, Louanij Hebraicarum literarū pro-
fessore, R. D. Ioanni Dantisco,
Culmensi Episcopo, &c.
sb no dedicata.

[jan van den Camer]]
ACCESSIT A THANAS-
sius ad Marcellinum in librum Psal-
motum Capnione interprete.

PARAPHRASIS
in concionem Salomonis Ecclesiastæ,
quantum phrasis Hebraica permittrit,
ad literam proxime accedens,
per Ioannem Cam-
pensem.

Væneunt Antuerpiæ, in ædibus
Ioannis Steelfij.
M. D. XXXV.

IOANNES CAM:
pensis Lectori.

Titulos Psalmis omnibus Hebraice addere constitueram, si Petreius habuisset, quemadmodum habet elegantes, sic ad presentem usum politos fatis. Verum ea iactura magna videri cuiquam non debet, propterea quod tantum Hebraice adscripturus fueram, persuasum enim habebam doctissimorum Iudaeorum opinione, nihil illos facere ad Psalmorum intelligentiam, sed precipua vocabula, quae in illis ponuntur, significare instrumenta quedam musica, aut genera cantionum, seculis illis notissimum. Nominibus Hebraicis reliqui ea pronunciatione, qua apud nos nota sunt, nec enim possumus Latina scriptura ea cum nativa pronunciatione siccreddere, ut Iudeis & Latinis non merito ridiculi videamur.

REVERENDISSIMO

D. Ioanni Danisco Culmensi Episcopo, Regis serenissimi POLONiae apud Cæsaream maiestatem Oratori &c.

Ioannes Campensis S.

HAbes tandem modis omnibus ornatissime presul succin etam in Psalmos omnes paraphrasim, iuxta Hebraicam veritatem in qua cum verbum verbo respondere non potuerit, versus tamen versibus secundum Hebreorum exactissimam distinctionem, exakte respondet, qui in vulgata editione plurimis in locis confusi, rem per se aliqui obscuram plus satis, obscuriorē reddiderunt.

Quis autem fuerit author huius editionis, qua Ecclesia vtitur, mea non multū refert, hoc vnu tantum affirmo indignam esse quæ diu Hieronymo tribuatur: cōstat hunc per omnia Graecam editionē sequutum, vertisse quicquid verit, cuius non minus obscurus est author, quam est nostræ huius. Certum enim est ex ipso Aristea, qui

A 2 septu

EPISTOLA
Septuagintaduos interpres iussu Pto-
lomei regis in AEgyptum perduxit,
quiq; quid egerint, quomodo à rege
excepti fuerint, quot horas versioni
singulis diebus impenderint, quodq;
non septuaginta cellulis, alijs ab alijs
seclusi fuerint, sed in vna domo cōsul-
tantes inter se, consonum quiddā édi-
derint, quod Græco Demetrio defri-
bendum traderēt, vnicolibello cōple-
xus est. Ex hoc ergo certum est, & ex
Iosepho in præfatione antiquitatum
Iudaicarū, imò ex ipso diuo Hierony-
mo non vno tantum loco, ipsos septu-
agintaduos, tantū legē, hoc est, quinq;
libros Mosi in linguam Græcam tran-
stulisse, absoluerunt enim id ad quod
vocati fuerant, eo, inquit Aristreas die-
rum numero, quo erant ipsi, hoc est,
duobus & septuaginta. Hæc paucis
hic non sine causa commemorare li-
buit propter receptam, sed pernicio-
sam persuasionem in Græcis de septu-
aginta, & Latinis de vulgata cōditione,
quod

NVN C V P A T O R I A

quod ea sit dñi Hieronymi, atque ob
id in neutra quicquam mutare ex ip-
sis Hebraicis fontibus liceat, cū extet
iuxta Hebraicam veritatē editio alia,
quam certissimū est esse ipsius Hiero-
nymi, quāuis ecclesia nescio quo mo-
do eā non receperit. Qui ergo nūc co-
natur melius quiddam afferre, quām
vñi receptum est, non diuersum à Hie-
ronymo cū iniuria sanctissimi & do-
ctissimi viri facit, sed idē penitus, quod
olim faciebat ipse. Verum hæc haete-
nus, ad me enim non multum perti-
nent, qui non interpretem ago, sed pa-
raphrasten, quicq; autoritatem in ec-
clesia nullam ambo, nec cuiquā iniu-
riam facio, nisi forte obscuros locos,
eosq; non paucos, ob nimis scrupulo-
sam in reddendo verbum verbo fidē,
explicuisse alijs verbis aperiōribus sit
iniuriā facere. Ego tantum natuum
quendam gustum horum Psalmorū
date volui, futurum sperans, ut olim
ecclesie consensu totum vetus testa-

933

A ; men.

EPISTOLA

mentum doctis & linguarum peritis
in nostram linguā transferendum cō-
mittatur, quemadmodum audio hūc
nostrum summū pontificem Clemen-
tem. VII. ante nuperissimam Romanę
vrbis expugnationē tentasse, vt videlicet
ea prouincia sex Iudeis, et sex Chri-
stianis Hebraice peritis mandaretur.
Sed ad rem nostram reuertamur, hāc
paraphrasim, quam tantopere in pu-
blicum prodire cupis, maxima ex par-
te, ante aliquot annos Louanię cū lin-
guam Hebraicā in Buslidiano colle-
gio profiterer, auditoribus meis non
in hoc dictauerā, vt vñquā euulgare-
tur, sed vt aliquos ad studium Hebrai-
carum literarū inuitarem, re ipsa ostē-
dere conatus sum, non vtilem solum,
sed necessariā fore ad sacros authores
intelligendos eius linguae nonnullam
cognitionem, quod quām videatur ve-
risimile alijs nescio, de me hoc dicere
possum, quod nullis commentarijs in
hunc Psalmorum librum (puto enim
me

NVN C V P A T O R I A

me omnes propemodum legisse, quā
aliquo modo in pretio fuerint) tantū
adiutus fuerim, quantum exigua, imo
propemodum nulla sacrosanctæ hu-
iis linguae notitia. Habe itaq; mi Dan-
tisce non nostri tantū seculi præsulum
decus, quod à me nullus impetrasset
alius, quantūvis id multi conati sint,
& boni, & docti, nec mediocriter mag-
ni viri: non q; illos iudicauerim hisce
meis nugis indignos, sed quod mihi
persuaderet nunquā potuerim, aliquid
inesse, quod doctis placere posset.

Quid ergo caussæ sit fortasse ipse tu ro-
gabis, cur nunc tibi dē, quod nulli da-
re constitueram. Paucis respondebo:
famam ominus tui, qua mihi annis non
paucis cognitus fuisse, & ipsa præsen-
tia, quæ fama adeo non minuit, vt au-
xerit etiam vehementer, cogunt me
credere plus tibi quam ipsi mihi. De-
prehendi enim nō fallacibus argumen-
tis reculam quandam in te. Oportet
enim minimum quiddam esse, quod

A 4 vix

E.P I S T . N V N C V P.

vix illa lingua pluribus dignata est
syllabis, q̄ vna, ex Hebræis est ְנָהָרִים, Græ
cīs νόος, Latinis mens: tu si voles ex re
liquis linguis addes. Nouisti enim to
tius Europæ ferme omnes. Hæc certe
syllaba magis me rapuit in amorē tui,
q̄ vllæ tuæ opes, aut in me innumera
alioqui beneficia. Et quid me non ra
peret, quum per eam, cum summa eru
ditione, & nequaquam Sarmatica ciui
litate coniunctam, ad pontificale cul
men euectus sis: & merito apud potē
tissimos principes tā sit gratiosus, meus
hic Sarmata, ut si quidlibet induitus ce
leberrima per loca vadat, omnis Dan
ticum deceat color, & status, & res.
Vale Domine mi, & has qualescumq;
laboris mei primitias cōsule boni, me
liora tibi promitto, & alia multa, &
hæc fortassis ipsa, si Deus vitam con
cesserit. Norimbergæ. 3. Maii. 1532.

Beatus

P S A L M V S . I.

Beatus vir qui non abiit &c.



Odis omnibus beatus est ille vir, qui nō sequutus est consiliū eorum, qui sine certa lege viuunt, neq; so- cius fuit eorum qui studio faciunt male, multo minus eō dementiae peruenit, ut impostorum illi vita placuerit.

2 Quin potius in doctrina Dñi to-
tus erit, & doctrinā illius animo vol-
uet, & reueluet nocte & die.

3 Quare similis erit arbori planatae iuxta riulos aquarū, quæ fructū ma-
tūrū proferet tempore oportuno: cu-
ius ne vnu quidem folium marcesceret,
& quemcunq; illa fructum protule-
rit, utilitatem ille adferet aliam.

4 Longe aliter eueniet impīs exle-
gibus: erunt enim veluti festuca, quæ ludibriū est venti.

5 Quare subsistere non poteruntim
pī illi, sed caussa sua cadent, quando

A 5 ad nor

P S A L M V S II.

ad normam æquitatis vita illorū ex-
pendetur, neque transgressores durare
poterunt in cœtu iustorum.

6 Agnoscit enim dominus modum
viuendi iustorum, & gratus est illi, sed vi-
ta genus illorum, qui Deū non habēt
præ oculis, interibit.

P S A L M V S II.

Quare fremuerunt gentes.

Quæ dementia fecit exteras
nationes inter se conspirare,
& Iudaicam factionem rem
stultam animo concipere?

2 Opposuerunt enim se, qui reges
sunt vrbis, & principes inito consilio
conspirauerunt aduersus Dominū &
Christum illius.

3 Rumpamus inquietes laqueos
eorū, abīnciamus à nobis vincula eorū
ne pereamus legibus eorum.

4 His minis nihil aliud, quam ei qui
cœlos ipsos inhabitat risum mouent,
& ipsi Domino cachinnum.

5 Quādo enim videbitur illi, loquet
tan

P S A L M V S II.

tanquam iratus cū eis, & veluti grauēter commotus turbabit, & irrita faciet omnia consilia eorum.

6 Ego interim, inquit Dominus, in uitis illis præfeci regē, qui mihi placet, monti Sion, in quo sanctitatis meæ specimina edere constitui.

7 Arripio ego rex cōditionē, & tanquā firmissime decretū in acta referā hoc, quod Dñs dixerit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te.

8 Et si poposceris à me, veluti patrimonium, & hereditario iure tuos, posfidebis omnium nationum populos, & ditio tua extendetur usq; ad extre:mos fines terræ.

9 Tamq; tibi erit facile, si rebellare voluerint, cōfringere illos sceptro tuo ferreo, & potestate regia, quām figulo frangere vasculum, quod paulo ante finixerat ipse.

10 Quare tandem resipiscite o re:ges, & rectam admonitionē admittite quotquot estis indices terræ.

Et de

P S A L M V S I I .

¶ 11 Et depositis ridiculis minis, liben-
ter vos imperio Dñi subdite, & gaude
te talem vobis cōtigisse regem, memo-
res interim quantus sit, & q̄ metuendū
ne offendatur.

¶ 12 Itaq̄ filium quem vobis præfecit,
osculamini, & amicitiam illius expeti-
te, ne forte irascatur, & vos à recta via
aberretis: si enim veluti ira accensus cū
rebellibus vobis agere cōperit, qđ nī;
si resipiscatis breui futurum est, sero sen-
tietis q̄ vere felices fuerint, qui se illius
imperio subdiderunt.

¶ Psalmus David cum fugeret
Absolon filiū suum. III.

¶ Domine quid multiplicati sunt

Omine q̄ sunt multi qui affli-
gunt me? plurimi insurgunt
aduersum me.

¶ 2 Multi dicunt de me, nulla
est huic in deo spes reliqua salutis. Tā
mentiuntur in pudenter scelerati.

¶ 3 Cum toties tu artipueris in prælio
scutum contra hostes pro me, & fueris
mihi

¶ סלנְה

PSALMVS III.

mihi insignis gloriae author, & erexit
ris caput meum.

4 Voce itaque mea ad Dominum etiam
nunc clamabo, & ille exaudiet me e cœ
lo, monte videlicet sanctitati illius pe
culiariter dicato. Certo certius;

5 Ego iacebam & suauiter dormiebam, et
finito somno securus surgebam, certo
sciens quod adesset dominus mihi.

6 Quare non metuisseum tum vel cen
tum hominum milia: etiam si summo
studio vndeque oppugnassent me.

7 Exurge Domine, & eam securita
tem redde mihi: serua me mi Deus, qui
percutere soles omnium inimicorum
meorum maxillas, & ignominiosc ve
luti colaphum impingere illis, & den
tes impiorum male de me loquacium
confringere.

8 A solo te expectanda est vera salus,
qui in populum te agnoscentem misere
fice semper fuisti liberalis. Quod cer
to constat.

למנצ'ה אל הנROLLות
Psal-

PSALMVS III.

Psalmus David. IIII.

Cum inuocarem exau.

Vm anxie implorem auxiliū
tuū, exaudi me queso Deus in:
nocentiae meæ testis, qui in an-
gustias redacto mili latissimū
ſepe de improviso cāpū aperuisti: etiā
nunc miserere, & votis meis respōde.

2 Vos príncipes viri, qua tandem fron-
te me, quē deus hoc honore dignatus
est, studebitis contumelia afficere, idq;
frustra: quod enim tentatis, nunquam
succedet vobis. Ita res habet.

3 Hoc saltem agnoscite, quām miris
modis Deus sanctum quendā sibi ele-
getit, dominus exaudiet me, quoties
opem illius implorauerero.

4 Date operam sedulo ne peccetis: si
enim perpenderitis rem ipsam apud
animum vestrum in lectis vestris so-
li, desinetis de me sinistre loqui.

Proculdubio.

5 Si quemadmodū externis sacrifici-
cūs, ita innocentia studeretis placare
Deū

PSALMVS III.

Deum, tuto illi fidere possetis.

6 Multi dicunt, vtinam aliquis præstet nobis diuitias, tu vero fac luceat nobis (qui te diuitiis præferimus) lumen vultus tui domihe, & fauor tuus erga nos appareat.

7 Non inuideo diuitias illis, quin potius gaudio affecisti animū meum, sp illis frumentū & vinum, quēadmodum optauerant, abundanter prouenerit, & diuites facti sint.

8 Sine metu, fauore tuo contentus, non minus fœliciter q̄ diuites illi, & iacebo, & obdormiscam: quia tu Dñe qui solus potes singulare quodam modo ab omni metu liberum habitare facies me.

לְמַנְצָה בְּנֵי־גִזְתָּה

Psalmus Dauid. V.

Verba mea auribus percipe.

V Erba mea auribus hauri Domine, intellige cogitationem animi mei.

2 Consydera q̄ valida voce
ex ani

PSALMVS V.

ex animo clamem ad te, qui mihi pro-
prie & rex es, & Deus, quare & venio
oratum, ante omnia te.

3 Domine mane exaudies vocē me-
am, summo mane cōponam ad te pre-
cationem meam, & videbo assequutū
me quod volebam.

4 Non enim Deus, cui placeat impie-
tas tu es, neque habitabit apud te quis-
quam malitiosus.

5 Non cōtinget malitiosē stolidis cō-
sistere ē regione vultus tui, sed faciem
& fauorē tuum auertes ab eis, odio
persequeris sceleratos.

6 Subuertes mendaces, hominē san-
guinarium & fraudulentum abomina-
bitur Dominus.

7 Quare ego fretus multa misericor-
dia tua, ingrediar domum tuam, ora-
bo conuersus ad templum sanctitatis
tuae, maiestatis tuae reverenter ratio-
nem habens.

8 Domine dirige me ad normam iū-
stitiae tuae, nō habeant vnde glorientur
qui insi-

P S A L M V S V.

qui infidias parat mihi, fac plana sit ante oculos meos via qua itur ad te.

9 In sermone hostium meorum nihil est, cui tuto fidi possit: animus illorum spurcitiss plenus est: sepulchro patienti & cadauerum pædore referto simile est guttur illorum, per quod erumpit venenum, quod gestant in pectore, & palam fit ex verbis illorum (quantumvis ad fallendum compoſita fuerint) aliud habere illos in ore, & aliud in pectore.

10 Perde illos Deus, irrita sint consilia illorum, propter multitudinem sclerorum quæ defigunt subuerte illos: si quidem te quoque exasperant.

11 Perde sceleratos, ut gaudeat quotquot subdiderunt se tibi: & perpetuo exultet, ab omni, quo dñs ledere eos posset, te defendantem securi, & gaudio expleantur: quotquot amantes sunt augustinissimi nominis tui

12 Felicē in muneribus tuis facies iustum Domine, & veluti clypeus proteges

B illum:

PSALMVS VI.
illum: gratioſitate & fauore tuo exor-
nabis illum.

Pſalmus Dauid. VI.
Domine ne in furore tuo.

D Omine ne pro ira tua, quam
aduersum me licet merito cō-
cepisti, castiga me. neque pro-
bili, quam ego moui tibi sup-
plicium sume de me.

2 Quin potius miscreat te mei dñe,
æger enim sum : & te medico magis,
opus habeo, corpus enim meum con-
turbatum est totum.

3 Et animus meus conturbatus est
multo magis, tu interim dñe, quando
tandem respicies miseriā meam?

4 Redi queso dñe ad solitā clemen-
tiā, & libera animā meam à malis : &
pristinā sanitati restitue me, habita ra-
tione, non tam peccatorum meorum
q̄ benignitatis tue immensae.

5 Quomodo enim poterit mortu-
us celebrare memoriā nominis tui, &
qui demersi sunt ad inferos , quomo-
do

PSALMVS VI.

do gratum animum pro acceptis abs.
te beneficiis ostendere poterunt apud
eos qui sunt superstites?

6 Defatigatus sum fletu lamentabili
lectum meum laui singulis noctibus,
& lachrymis meis cubile meum hu-
mectauit.

7 Caligine obductus est prae nimio
merore oculus meus, hæbetata est
acies eius prae metu tante (qui subuer-
tere me cupiunt) hostiū turbæ.

8 Discedite à me quotquot machi-
namini malū mihi, dominus enim placatus
est lamentabili & clamoso fletu meo.

9 Audiuit dominus orationē meā,
& precationem meam admisit.

10 Pudore afficiantur, & vehemen-
ter conturbentur, quotquot inimico
sunt animo in me, conuertantur in fu-
gam & infames fiant subito.

בָּרוּךְ יְהוָה ipsius David, quod cecinit cō
tra minas Chus Benniaminitæ. VII.

Domine Deus meus.

B 2 Domi

P S A L M V S I VII.

D Omine mi deus spem meam
Domnem collocau in te, quare
serua me ab haec tanta multitu-
dine persequentium me, & in
manus illorum ne sinas incidere me.

2 Si enim qui dux est horum compre-
henderit me, non aliter dilaniabit, quam
leo oculam solc, quam nemo est fau-
cibus illius eripit.

3 Domine si feci quicquā simile scle-
ribus, qualia ille designat in me multa,
& si malitiose vel verbo, vel opere egi
vnquam cum illo.

4 Si conatus sum perdere quenquā,
qui pacem & amicitiam meam ex ani-
mo expetiuit, quemadmodum ego ex-
petui illius hostis. nūc mei quē & sum-
mis ē periculis aliquoties eripui, quam
uis hō improbusimus nūc odio capita-
li sine vlla caussa persequatur me.

5 Si, inquā, admisi in illum quicquā
tale, persequatur incessanter me, & co-
prehendat, profierat usq; in terram, vi-
ta adimat mihi: cōsilia vero mea & de-
melio-

PSALMVS VII.

meliorē rerum mearū statu spes in pul-
uere iaceant, & irritā fiat oēs. Ita fiat.

6 Exurge Domine iratus, commo-
ueant te furores hostium meorum, vt
exciteris & suppetias feras milii, quem
admodum & pollitus es.

7 Quod vbifeceris, ingēs populorū
turba accurrit, & amplectetur te, ora-
bitq; vt digneris te in altissimō regnī
tui solio collocare, & rex esse illius.

8 Quam prouinciam nō grauate su-
kipiet Dñs, & iuste iudicabit pōpulos
illos, iudica & me quæso secundū iusti-
tiam & innocentiam mēam.

9 Perdet taridē ipsa maleuolētia im-
pios, verū tu cōfirmabis iustū, qui scrū-
tator es cordium, & rerum Deus iuste

10 Defensor meus est Dominus, qui
victoram tribuit, & seruat eos qui can-
dido sunt pectore.

11 Deus & iusti est iudex, & eius qui
sceleribus suis Deum irritat asidue.

12 Cōtra talē, qui resipiscere nō volet
gladium suum acuet Deus, & arcū ten-
timō

B 3 det, &

PSALMVS IA VII.

det, & oculis apte admouebit, vt non aberret à scopo, sed recta perat illum.

13. Preparata apud se habet tēla mortifera, parabit ea, quō solent qui ardentes perseguuntur aliquem.

14. Sceleratus autē ille parturiet ini-
quitatem, nocere magnopere cupiens
cōcipiet animo stultū & molestum la-
borē, & tandem pariet rem nihil.

15. Effodit foueā & aperā reliquit,
sperans vt ego incidam imprudens in
eam, verum longe illi diuersum eue-
niet, corruet enī ipse in eam, nunquā
extrahendus illinc.

16. Recidet studiū nocendi in caput
ipsius, & in vertice capitis ipsius ini-
ria, qua me afficere conatus est.

17. Ego vero liberatus ab insidiis ip-
sius, celebrabo dominum pro iustitia,
qua genuina est illi, & cantabo nomē
Dominialisimi.

Psalmus Dauid.

Domine Dominus noster.

Domi

PSALMVS VIII.

Dñe omnium nostrū dñe
q̄ merito magnifica sparsa est
fama nominis tui per vniuer-
sa in terram, argumenta sunt
gloriae & maiestatis tuae maximę, quę
apparent in cœlis.

2 Res mira præterea, quod sola in-
fantū & lac adhuc fugentū acclama-
tione pro armis visus sis cōtra hostes
tuos, & omnipotētię manifestū ostend-
ens argumentū, re tam imbecilli sub-
uerteris inimicum, & eum qui veluti
vindicem se opposuerat tibi.

3 Quoties video cœlos tuos, opera
digitorum tuorum, lunā, & reliquas
stellas, quas elegantissimo ordine in il-
lis collocasti.

4 Tum sic apud me cogito : Deus
bone, quid est miserabilis homuncio
quod tu illius rationē habeas, aut Adę
nepos, quod tu inuisere illū, & amici-
tiam contrahere cum illo digneris?

5 Fecisti illum tantū non Deum, glo-
ria & honore coronasti illum.

B 4 Domī

P S A L M V S I X .

6 Dñm fecisti illum operū tuorum,
omnia enim subiecisti pedibus illius.

7 Oues & boues vniuersos , & reli-
qua etiam iumenta , quibus pabulum
suppeditant campi.

8 Aues in aëre volitantes, pisces qui
natant in mari , & quicquid vsquā de-
git in vllis aquis.

9 Domine oīm nostrū Domine, quā
merito sparsa est magnifica fama noīs
tui per vniuersam terram .

Psalmus David. IX.

Confiteor tibi Domine.

LAUDABO DOMINI TOTO PECTORE
meo, scribā ipse quā varia adimi-
ratione digna designet.

2 Gaudebo & exultabo serio,
q̄ propitiuin habeā te, psalmis celebra-
bo nomen tuū, licet oī sit laude maius

3 Conuersi in fugam inimici mei, vi-
ribus destituebātur, & funditus ipsi pe-
riērunt, opera tua.

4 Tu enim, quū ego viribus illis im-
par essem, pro me stetisti contra hostes
meos,

PSALMVS IX.

meos, & caussæ meæ patrocinium sit:
scepisti, sedisti pro tribunali, & exequu-
tus es iustitiam.

5 Incepasti gentes, subuertisti impiam
memoriam nominis eorum aboleui-
sti nunquam restituendam.

6 O inimice, finem habent popula-
tiones tuæ, neque post hac amplius ti-
bi vnquā dabitur populandi potestas;
ciuitatulas certe aliquot sic subuertisti
ut memoria illarum perierit cū admi-
ratione transeuntium.

7 Tu quidem tyrannidem ad hunc
modum Domino ad tempus cōnuen-
te, exercuisti, verum ille perpetuo secu-
rus & tranquillus sedebit, & obserua-
bit omnia, & iam nunc parat solium
suum, vise deat pro tribunali.

8 Ut iudicet orbē totū iustissime, &
caussas popolorū expēdat æquisime.

9 Quare aderit Dominus protector
illi, qui iniuste opprimitur protector
aderit opportunus, etiam in mediis tri-
bulationibus.

B 5 Tunc

P S A L M V S IX.

10 Tunc spē indubitatā concipiēte
de te, ybi experti fuerint prēsentia no-
minis tui, & re ipsa discēt te nunq̄ defu-
isse illis, qui studet placere tibi ô dñe.

11 Psalmos canite in laudem domi-
ni habitatoris Sion, spargite in vul-
gus admiranda consilia illius.

12 Qui vindicabit sanguinē eorum,
qui iniuste oppresi fuerāt, nunquā ne-
gliget dominus clamorē pauperum.

13 Miserere mei dñe: aspice afflictio-
nē meā qua affligunt, qui odio perse-
quuntur me, tu enim ille es qui eligis &
retrahis me à ianuis et faucibus mortis.

14 Ut conscribam & cōmemorē va-
rios te laudandī modos, illis qui ver-
santur in portis Sion, & gaudio affi-
ciam eos propter salutem tam miracu-
lose allatam mihi per te.

15 Deciderunt gētes infoueā, quam
ipse parauerāt, reti illo quo alijs insidi-
abantur, illaqueatus est pes illarum.

16 Notū est dñm equitatis esse studi-
osum, & q̄ sceleribus suis illaqueabi-
tur

P S A L M V S I A IX.

tur impius. Res procul dubio dig
na quæ imo reponatur animo.

17 Abibunt impii ad inferos, vna
cum yniuersis gentibus, quibus curæ
non est Deus.

18 Nō enim perpetuo obliuioni da:
bit pauper, patiens expectatio afflito
rū cōperietur tandem non fuisse inanis.

19 Exurge Domine ne inualescat ho
muncio futilis, trāctetur causa impia:
rum gentium coram te.

20 Incute dñe terrorē illis, & ostēde
gētes illas impias sibi, vt sentiat hoīes
esse se miris modis miserabiles.

P S A L M V S X .

Domine ut quid recessisti.

Q Vouſq; Domine stabis pro:
cul semotus à nobis, hoc ma
xime tempore, quo pericli:
tantur tui?

21 Sūma cum arrogantia impius per
sequitur pium, capiantur potius impī
sceleratis illis consilijs, quibus alios
subuertere student.

Pla-

P S A L M V S X .

¶ Placet enim impius ipse sibi, & facit quicquid illi petulantia animi suggesterit: nec defunt qui adulentur ob spem prede illi, tam manifeste blasphemio in Dominum.

¶ Impius praे animi sui arrogatia futuron securus erit, Dei vero ratio ne se mel quidem illi in mentem veniet.

¶ Modis omnibus, omni tempore non cere conabitur, quæ interim de illo & altissime statuis, penitus ignorat, sed veluti furibundus & cæcus aduersarios suos vniuersos, vel solis minis perditurum se confidit.

¶ Persuasum enim habet, duraturum se longissimo tempore, nec incommode quicquam accepturum.

¶ Execrabilia sunt oia quæ loquitur & fraudes meras habet sermo illius pestilens, & iniquitate scatens.

¶ Sedebit in angulis villarum iuxta publicas vias, unde clanculariis irruptionibus irruet in insontem, oculis prætereuntes pauperes obseruabit, ex latibus.

PSALMVS X.

I. latibulis suis prospiciens.
2. Insidias collocabit in locis occultis
non minore crudelitate, quām leo in-
fidiatur oculæ ex antro suo, insidia-
bitur enim in hoc ut dilaniat eum, quo
viribus superior erit: dilaniabit autem
abscq; vila commiseratione quicunque
in illius rete inciderit.
3. Vbi illaquearū vulnerauerit piū,
subsider clam, ne latrocinium deprehē-
datur ad hūc modum viribus illius ce-
cidit ingens miserorum turba.

11. Persuasit sibi Deum negligere hęc
& auertere faciem suam ab his, nec ha-
biturum vñquam rationem herum.

12. Exurge Dñe Deus, leua in altū va-
lidius percutiurus, manū tuā, ne negli-
ge pios oī humano auxilio destitutos.

13. Qua patiētia ferre potes inirium
in te tam manefic blasphemum, vt
dicere audeat non esse Deum, qui cu-
ratur si hęc?

14. Verū ille cū maximo suo malo
falitur, vidisi enim quę fecit omnia,
maleuo

PSALMVS X.

malevolentia, & scelera ipsius tu dilectissime obleruasti, ostensurus & nosse flagitia illius, & potestatem habere sumendi supplicium de illo, & curare gerere miserorum turbæ, qui pupillis semper esse soles auxilio.

15 Confringe brachium, & potentiam impiorum & malitiosorum, inquire in impiates illius quoad nulla reliqua fuerit impunita.

16 Dominus est rex & seculi huius, & æternitatis extirpatæ sunt gentes de terra illius.

17 Desideria piorum audiisti domine, gubernabis corda ipsorum precebis aures tuas precibus eorum.

18 Ut supplicium sumas de pupillorum & aliorum pauperum oppressoribus, ne tentet amplius viribus suis sfidere miserabilis homuncio prognatus est terra.

Psalmus David XI.

In Domino confido,

Cum

PSALMVS XI.

CVm in domino spem meā pō-
suetim , qua fronte ridere me-
caudebitis,dicentes fuge de mō-
te in montem, sicut soles cum
tuis, & absconde vsquam te in antro,
sicut confuevit passer.

2 An nescitis quoties impij tetende-
rint arcus , aptauerint sagittas suas ad
neruum,hoc studiose agentes,vt clam-
tela sua iacularentur in eos,qui candi-
do sunt pectore ?

3 Ipsī quidē lēdere studuerunt,verū
in ipso conatu irrita facta sunt consilia
quæ ipsi putabant certissima, neq; iu-
stum, cuius opus stabile erit, lēdere
vnquam potuerunt.

4 Dominus est in regia sanctitatis sue
dicata,dominus in cœlo habet solium
suū,vnde oculi illius contemplantur
omnia , & palpebræ illius obseruant
diligentissime quæcunque disignat po-
steri Adæ.

5 Dominus obseruat iustum & im-
pium, sed cum qui amans est iniquita-
tis

P S A L M V S XII.

6. odio persequitur ex animo.

6. In modum pluuię projicit in im-
pios lapides igne & sulphure circunli-
tos, qui vna cum horribili tempestate
portio quædam erunt calicis & suppli-
cij illorum.

7. Quia iustus est ipse Dominus, nō
potest non esse iustitiae amantissimus:
quare eum qui cādido est pectore, vul-
tu suo placidissime aspiciet.

Psalmus Dauid. XII.

Saluum me fac.

T E seruatore opus habeo Domi-
ne, nullus enim reliquus est san-
ctus: esse defierūt inter homines
qui fidei sunt & integri.

2 Mendacia quisq; loquitur cum so-
cio, & apud amicum suum lingua vti-
tur fraudulenta, cui duplex animus sce-
lerata suggeret verba.

3 Perdet Dñs vniuersa labia fraudu-
lenta, & linguam quæ nō loquitur nisi
grandia cum Dei ipsius contem̄ptu.

4 Qui dicere audēt, lingua nostra for-

titer

PSALMVS XII.

1 Titter fallemus, labia habemus in nostra
potestate, quis noster est Dominus?

5 propter gemitum pauperū, & eiula
tum misericordum, nunc exurgam dicit
Dominus, collocabo pauperem eo lo
co, ut tutus futurus sit ab illo, qui læ
dere virulēta sua lingua conabatur illū

6 Verba & promissiones Dñi candi
disimè sunt, ipso argēto igne diligē
tissime expurgato puriores, à quo atte
& instrumentis ad eam rē aptis ablatis
est quicquid inerat terrae impurioris,
idq̄ septies repetita purgatione.

7 Qnare tu Domine seruabis opti
ma fide ea quæ promissisti, & liberabis
nos, quēadmodū pollicitus es, ab eius
modi hominum genere perpetuo.

8 Circumquaque tum impī obam
bulabunt securi, quum principatum
nacti fuerint, qui inter homines sunt
perditissimi.

Psalmus David. XIII.

Visque Domine obliuisceris.

C Quous;

PSALMVS XIII

Q
Vousq; tandem obliuisceris
mei,perpetuo ne Domine?
quousq; auertis tanquā ira:
tus vultum tuum à me?

2 Quousq; vanis curis animā meā
affligā, quę nihil prēter mērorē conti
nuū pariunt? quousq; fines inimicum
mēi erigere cristas aduersum me?

3 Habe queso rationem calamitatis
mēae,& exaudi me Dñe mi Deus, illu
mina oculos meos, ne forte obrepat
somnia mortis.

4 Ne forte dicat inimicus meus glo
rians, factus sum illo superior, & ho
stes mēi exultent, si ego periero.

5 Ego certe in tua benignitate posui
omnem spem mēam, quare nihil du
bito:quin futurum sit, vt gaudeat cor
mēum ob salutem mihi abs te allatā,
& materiam habiturus sim cantandi
laudes Domini: vbi vltus fuerit iniu
riam,qua affecerunt me hostes mēi.

PSALMVS DAVID XIII.

Dixit insipiens in corde.

Sunt

III
bliniferis
Domine
iniqua ira
a me
rima mea
torum
intimum
a me
dementis
Deus illi
e obrepit

eus glo
& ho:

posuit
il duc
rat cor
allat,
menti
natur
me.
III.

Sum

PSALMVS XIII.

Vnt qui eò stoliditatis peruenient,
Srint, vt nullum putet esse Deum:
Quae impia persuasio hoc effecit,
vt a nullo scelerum genere abstineant homines corruptissimi, quorum studia tam spurca sunt vt naufragium cuius generare possint, neque sit quisquam inter eos, qui curet facere bene.

2. Dominus e cœlo cōtemplatus est posteros Adæ, vt videat num sit in tanto hominii numero cordatus quisquam qui Deo studeat esse charus.

3. Vniuersi a Deo defecerunt, & abominabiles penitus facti sunt, nec est qui faciat bene, ne vñus quidem.

4. Mirum profecto eos quibus mandata fuerat cura plebis, potuisse eò amentiae peruenire, vt licet credant op primere miseros, & deuorare populum meum non maiore commiseratione, quam deuorari solet frustum panis, re ipsa certe videntur de Deo nihil vñquam legisse, & officij sui parum memorares esse.

C : Quare

PSALMVS XV.

¶ Quare tum vehementissimus de
improuiso pauor corripet eos, quum
viderint Deū his adesse, qui iustitiae stu
diosi sunt: & execrari vos sacrilegos.

¶ Qui non solum neminem ad pie
tatem inuitatis, sed si quis forte pauper
pio consilio spem suam omnem po
nat in Domino: illud yeluti stultum ri
debitis, sed finis ipse docebit, utri sapiat
magis, vos ne an illi.

¶ Vrinam præstet Dominus, ut ex
Sion prodeat salus Israeli promissa: cu
reducerit enim, & è captiuitate libera
uerit populum suum. Dominus exul
tabit serio Iacob, & latabitur Israel.

¶ Psalmus David. XV.
Domine quis habitabit.

D Omine quis recipietur in ta
bernaculum tuum, quis habi
bit tecum, veluti in monte,
in quod sacrosancta maiestas tua
peculiari quodam modo appetet.

¶ Ambulans sincere absque fuso, fa
ciens quod æquum est, & qui dicit que
dit

PSALMVS XVI.

dicit bona fide ex animo.

3 Nulli nocere studet lingua sua: nec
damno afficit amicū suum , nec igno-
minia vicinum suum.

4 Qui ipse contempror sui: & de se:
ipso nihil minus quam magnifice sen-
tiens alienæ virtutis est admirator: ma-
ximi autem facit eos, qui reuerēter co-
lunt Dominum , firmissime statuit in
amicitia semel cum aliquo inita persi-
stere, nec propositum mutabit.

5 Qui pecunia sua non exercuit vslu-
ram, nec munus in perniciē insontis ac-
cepit qui facit hæc non peribit vnquā .

Psalmus Daud. XVI.

Conserua me Domine.

Vræ sim tibi omnipotēs Deus,
C spes enī mea oīs sita est in te .
2 Persuasum habēs ô anima
mea, & dixisti ad Dominū, do-
minus omnium es tu, quare si quid in
me est boni, id tibi vslui non erit.

3 Sed sanctis , q degūt in terra, & fide
robustis, modis oībus , pdesse studebo.

C 3 Qui

PSALMVS XVI

4 Qui multo labore & superstitione
victimas offerre conabuntur illos mihi
illarum victimarum sanguine adeo libe-
bare non iubebo, vt ne mentione quic-
dem vñquam amplius eiusmodi liba-
minum fieri apud me velim.

5 Dns enim ipse portio est & veluti
patrimonii populi, qui partes sequeb-
meas, & calicis mei particeps fiet: qua-
re tu Dñe turaberis illos, qui veluti
sorte obtigerunt mihi.

6 Funes ceciderunt mihi in locis amœ-
nissimis, qbus assignata mihi est hære-
ditas tamen speciosa, q vel optare potuisse.

7 Laudabo ergo Dñm, qui in oibus
a consilijs fuit mihi, quin & noctibus
medijs erudiebat me renes, & immisit
mihi a domino diuinæ cogitationes.

8 Opposui veluti scopum ante ocu-
los meos semper dominum, qui quia
adest mihi ad latus dexterum nemo
perdere poterit me.

9 Ob hanc ergo caussam gaudio af-
fectum est cor meū, & serio exultauit,
quam

XVII
superficiis
ur illis me
at adeo le
tatione que
modi spe
m.
ft & veluti
nes sequit
s futurum
qui veluti
os ame
eritare
omnise
obus
fibis
unif
ones.
te ou
ui qua
namo
io as
enit,
pan

PSALMVS XVI.

quam tanto honore dignatus es , anīs
ma mea: corpus quidem meū in sepul
chro iacebit, sed nihil dubitabo , quin
excitaturl sis illud.

10 Scio enim non relicturū te anīs
mā meā apud inferos, neq; permisso
rum vñquā, vt qui tā insigniter illam
tuam benignitatem experus est, villo
modo corruptioni fiat obnoxius.

11 Sed viā portius ostēdes, qua ad vi
tam peruenire licebit, & ad omnis ge
neris gaudiorū copiā summā ad con
templationem videlicet vñsc tui, quæ
quibuscunq; contingit, gaudijs exple
buntur nunquam finiendis.

Precatio Dauid. XVII.

Exaudi Dñe iustitiam meam

A Vdī dñe iustā precationē, ac
cōmoda te ad audiendū cla
morē meū, aures p̄rēbe preca
tioni meę, est enim ex animo
pfecta, & ab oī fuco q; alienissima.

2 Pronuncia tu in cauſa mea, expen
dant oculi tui, quæ recta sunt.

C 4 Perno

PSALMVS XVII.

3 Pernouisti enim me , qui exploratum habes cor meum , scrutatus es enim illud nocte , quando maxime dediti cogitationibus esse hoīes solent : examinasti & totum me , nec inuenisti id quod aīo cogitauī , disrepare ab ore meo .

4 Odio eorum quæ passim mala sunt ab hominibus , præceptionum tua rum memor operam dedi , vt essem a moribus sceleratorum hominū quam alienissimus .

5 Quare iuua quæso conatus meos , & firma gressus meos in vijs illis qbus itur ad te , vt nō turbent vestigia mea .

6 Imploraui auxilium tuum , certus quod exauditurus essem me omnipotens Deus , præbe ergo aurem tuā mihi ut audias preces meas .

7 Aufer misericordias tuas o seruator fidelium potius ab illis , qui sese erigunt aduersus maiestatem tuam .

8 Me autē custodi ea diligentia , qua custodiri solet pupilla oculi , sub vmbra alarum tuarum absconde me .

Et libera

VII.
in explorati:
status es ed
ne deduci
ne examin
isti id quod
de meo,
in omnia de
monia mea
referam a
m illi quan
dum meo,
dus glos
mea
certus
mipo:
a mi:
natur
erga
qua
o vni:
ben

PSALMVS XVII.

9 Et libera me à metu impiorū , qui
subuertere student me , & hostium qui
supplantare conantur me .

10 Qui tam sunt pasti bene & obedi
vt aruina obstructa videantur ora illo-
rum , quare & contemptim & cum fa-
stu de alijs loquentur .

11 Itinera nostra iam nūc obsederunt ,
oculis suis studiose obscrubunt , q̄ terre
loco expandere q̄ cōmodissime in no-
stram perniciē possint retia sua .

12 Quisq; illorū similis est leoni , qui
maximo studio inhiat prædæ , & catu-
lo leonis , qui insidiatur ex locis occul-
tis prætereundi ouiculae .

13 Exurge Dñe anteuerte illū , & pro-
sterne illum , animā autem meam libe-
ra ab impio , qui gladius est tuus .

14 Et à viris qui flagellū sunt tuum
Domine , à viris inquā , qui spem suam
dum viuunt ponunt in diuitijs , quorū
ventres si impleueris delicijs , & abiūda
re feceris eos liberis , quibus relinquant
morientes diuitias suas , bene fecū actū

C 5 puta:

PSALMVS XVIII.

Putabunt, eternitatis securi.

15 Ego vero iustitiae q̄ diuitiarū stu-
diosior, illam comitem habens, vide-
deboplacidissimū vultū tuū, explebor
gaudio cū exurrexero, & apparueris
ea mihi forma quē proprie tua est.

Psalmus David XVIII

Diligam te domine.

Ratiarum actio Dauid seruī
domini, qui cecinit in honore
domini carmen hoc, quo tem-
pore liberavit eum Dñs à ty-
rannide omnium inimicorum suorū,
& à persequitione Saul.

2 Quare dixit, merito amabo te do-
mine cum sis fortitudo mea.

3 Dñs instar rupis, & turris semper
fuit mihi seruator meus, dux meus, &
fortitudo mea, quare spem omnem
mēā collocabo in eo, qui pro clypeo
fuit mihi cornu salutis & ipsissima
mē protectio semper fuit ipse.

4 Omni laude dignissimum inuoca-
bo dñm, & ab inimicis meis liber ero.

In pre-

PSALMVS XVIII.

5 In præsentisimis periculis mortis
constitutus eram, veluti cinctus vincu-
lis mortiferis, torrentes enim diaboli
terrebant me.

6 Funes infernales circundederant
me, irretitum habuerat me retia mor-
tifera.

7 Quotiescumq; affligebar, iniuoca-
bam dñm, & ad deū meū in clamabā;
qui & audiuit ē regio suo palatio vo-
cem meam, & clamor meus in con-
spectum illius peruenit, imo vsque ad
aures ipsius.

8 Cōmouebatur: & contremiscebat
terra, fundamenta montū cōcutieban-
tur quoties ipse irascebatur eis.

9 Ascendebat fumus ab ira ipsius: &
veluti ignis ab ore ilius cuncta deua-
stans carbones accendebātur ab ipso.
10 Inclinauit coelos, & descendit, &
caligo erat sub pedibus eius.

11 Et vehebatur ipso Cherub tanq;
volasset, volasset inquam pennis ipso
vento celerioribus.

Fecit

PSALMVS XVIII.

12 Fecit tenebras latibulum suum circu-
se, in modum tuguri habebat obscuris-
mas aquas & densissimas nubes.

13 Prae fulgore quo apparet iustis, de-
sisimae illae nubes abeunt ad hostes,
vna cum grandine, & veluti ignitis car-
bonibus cum grandine permixtis.

14 Excitabat & tonitru in cœlo Do-
minus, & altissimus dedit vocem suam,
grandine videlicet ignitis carbonibus
permistam.

15 Etiaculabatur sagittas suas, quibus
dissipabat eos fulgura immittebat, qui
bus terrebat eos.

16 Et videbant profundissima aqua-
rum receptacula, denudabant funda-
menta orbis experta iram tuam Dñe,
& flatum venti abs te irato immisisti.

17 Demittebat eum summo cœlo: qui
me eriperet & extraheret ex illis malo-
rum vndis, in quibus versabar.

18 Quicq; liberaret ab inimico poten-
te, & ab hjs qui odio me persequebant
quauis multo essent robustiores me.

Callie

PSALMVS XVIII.

19 Callidis suis confilijs circumuenire incautū conabantur me tempore afflictionis meae, sed Dominus tempestive adfuit mihi adiutor.

20 Et eduxit me ex angustijs in locū spatiōsisimum, quia amauit me.

21 Retribuit mihi Dñs secundū integratē meam, secundū puritatem manuum mearum rependit mihi.

22 Quia custodiuī vias Domini, nec eō perueni, vt impie de Domino sentiens deficerem à Deo meo.

23 Quæ iustissime mihi ab ipso præscripta fuerant, versabantur assidue ob oculos meos, & mādata illius nunquā repuli à me tanquā parere nollē illis.

24 Certe simpliciter & pure versa bar corā illo, & solicite caui, ne impie tate mea offenderem illum.

25 Quare & retribuit Dñs mihi iustitia mea, & pro puritate manuum mearum, quæ nota erat illi.

26 Cū candido enim candide gereste, & cum probō viro probissime.

Viro

PSALMVS XVIII.

27 Viro gratioſo gratioſiſimū exhi
bebiſ te, econtrario vero cū improbo
te geres, quemadmodum illius merea
tur improbitas.

28 Tu enī populū humilē salute do
nabis, oculos vero ſup̄os humiliabis

29 Tu lucidam feciſtī lucernā mēā
domine, deus meus illuſtrauit, quæ
obſcuratā fuerant in mē.

30 Qyare adiuuante te rumpā acē
quantumuis iſtructam, & auxilio
dei mei transſiliā murum.

31 Ipſe deus integerimus eſt in oī:
bus operibus ſuis, ſcrimo dñi ab omni
fuco alieniſſimus, iſtar clypei ipſe eſt
omnibus qui fidunt illi.

32 Quis enim deus p̄ter dñm, &
quis fortis p̄ter deum noſtrum?

33 Ipſe eſt ille deus, qui cinxit me vñ
dique robore, & fecit ut incontamina:
ta eſſet vita mea.

34 Ipſe fecit ut pedes mei nō minus
eſſent veloces, q̄ ſint ceruorum, & q̄ties
opus fuit, veluti in editis locis, ybi tu:
to mi

VIII.
PSALMVS XVIII.

to mihi esse licebat, collocauit me.

35 Docuit manus meas arma tractas-
re, sic vt frangere potuerim brachijs
meis arcum etiam ferreum.

36 Dedisti mihi clypeū, quo seruatus
bñficio tuo sum, dextera tua stabiliuit
me, & benignitas tua potentē fecit me

37 Aperiuit mihi viam, qua tuto
gradi possem, quare nunquam vacil-
lauerunt pedes mei.

38 Persequar inimicos meos, donec
comprehendero illos, nec ieuertar nisi
deletis illis.

39 Sic vulnerabo eos, vt subsistere nō
possint, corrueant subtus pedes meos.

40 Tu enī vndicq; cinxisti me robo-
re, & gerēdis bellis idoneū fecisti me,
prosternebas enim quotquot insurge-
re conabant aduersum me.

41 Effecisti vt inimici verterit terga
mihi, & odio habētes me subuerterim

42 Clamabant, nec quisquam libe-
rabat eos, etiam ad dominum, sed nō
exaudiēbāt eos.

Disper.

PSALMVS XVIII.

43 Dispergebam eos nō aliter quām
puluerem ventus solet, & tanquam lu-
tum platearum comminuebam eos.

44 Liberabis me à rixis & iniurijs
populi, constitues me caput gentiū, po-
pulus quem nō cognoui seruier mihi.

45 Solo auditu obsequētes fient mi-
hi, desertores vero mentientur mihi.

46 Desertores semper in metu erūt,
& abdēnt sese in latibulis suis.

47 Viuit Dñs, & omni est laude ma-
ior, qui semper instar rupis fuit mihi, et
exaltabitur Deus author salutis meæ.

48 Ipse est Deus, qui potestate m tri-
buit mihi vlciscēdi me, & solis verbis
subiecit populos mihi.

49 Ipse est qui liberat me ab inimi-
cis meis, & tu Dñe superiorē me facies
oībus qui insurgunt aduersum me, &
contra virum iniquum tutaberis me.

50 Quare gratias agam tibi pro gen-
tibus quas subiecisti mihi Domine, &
nomen tuum cantabo.

51 Qui auges in immēsum salutifera
dona

PSALMVS XIX.

dona regit uo, & benignitatem tuam
ostendes Christo tuo David, & semini
eius perpetuo.

Psalmus David XIX.

Cœli enarrant.

Ipsi cœli cōmemorāt gloriam Dei,
& quām potente uetus sit manu in
condendis operibus suis, palam fa-
cit tā vastus celorum ambitus.

2 Dies vnuis indicat subsequiturum
alterū, & nox vna docebit nos cognoscere aliam: perpetua enim vicisitudi-
ne mutuo succedunt.

3 Nullum est idioma, nec vlli sermo-
nes quibus audita non sit vox illorum
nullus est enī usquā populus tā barba-
rus, ad quē horū notitia nō peruererit.

4 Vniuersam terrā peruagata est do-
ctrina eorū, & usq; ad extremos orbis
fines peruererunt prædicationes illorū,
ipsi soli aptauit Dñs habitaculū in eis,
& imperium dedit in eos.

5 Estq; persimilis sol ipse sposo, qui
exurgens egreditur de thalamo suo,

D gestiens

PSALMVS XIX

gestiens tanquam vir strenuus absol-
uere cursum suum.

6 Ab altero cœlorum extremo cur-
sum instituet, & longo tractu ad alte-
rum usq[ue] extremū perueniet, nec quis
quam expers erit caloris eius.

7 Lex dñi pura auocat à malo, pa-
ctum domini fidele sapientē facit eū,
quæ fuerat imperitus antea.

8 Mandata domini æqua exhilarat
animum, præceptum domini purum
illuminat oculos.

9 Reuerentia quæ debetur dño quia
munda est, perpetuo durabit, iudicia
domini ipsa sunt veritas, & modis oī-
bus æquisfima.

10 Amabilia sunt ipsa magis q[uod] aurū
erā si purissimū sit, & plutimū & sua-
uiorā sūt melle etiāq[ue] mellis dulcisſio-

11 Certe seruus tuus docetur per ea,
& quicunq[ue] secundū illā vixerit, mer-
cedem assequetur magnificam.

12 Quæ errore comittimus tā sunt
multa, vt ne deprehēdere quidē q[uod] squā
possit

PSALMVS XX.

possit oīa, quare ab ciusmodi, quæ la-
tenter irrepunt, munda quēso me.

13 Prēcipue autē à superbia & fastu
auoca me, ne dominantur in me, qđ si
feceris, mūdus ero, & à scelere alienus

14 Sint quēso grata tibi verba hæc
oris mei, & gratus fit animi mei affe-
ctus in te domine, qui Deus es meus,
& redemptor meus.

Psalmus Dauid XX.

Exaudiat te dominus.

Xaudiette dominus tempore
tribulationis, suppetias feret ti-
bi maiestas dei Iacob.

2 Immittere bur tibi ē loco
sancto, & ex Sion stabilit te.

3 In memoria habebit quēcūq; obtu-
listi vñquā illi sacrificia, & oblationes
tuas qualescunq; fro pinguissimis ha-
bebit. Proculdubio.

4 Dabit tibi quicqd desiderabit cor
tuū: omnia consilia tua complebit.

5 Exultabimus ob salutem quā at-
tulisti nobis, certe omnipotentia dei

D 2 nostri

PSALMVS XX.

nostri magni erimus , dabit Dominus
tibi quicunq; colueris illum quantum
desyderare poteris ab eo.

6 Nūc experientia didici , qd seruaues-
tit Dñs Christū suum quodq; exaudie-
rit illū ē cœlo , q; sanctissima maiestas
illius inhabitat , & salutiferis oipotētiae
suæ viribus succurrerit illi.

7 Quidam se multitudine curuum
superaturos sperant , alijs multitudine
equorum , nos vero freti auxilio Dei
nostrī , magna designabimus , & me-
morabilia.

8 Illi viribus destituti sunt , & corru-
unt , nos vero perstitimus , & conforta-
tis sumus .

9 Dñs seruabit ipsum regem : & nos
quoq; exaudiet quotiescunq; implora-
uerimus auxilium illius .

Psalmus Dauid. XXI.

Dñe in virtute tua.

D Omine ppter robur immissum
gaudet rex : & qatu author illi
victoriae fuit exultat serio .

Effeci

PSALMVS XXI.

2 Effecisti illum voti compotem : &
quicquid te rogauit, non illinegasti.

Ita res habet.

3 Vlтро anteueristi illū muneribus
optimis : imposuisti capiti illius coro-
nam ex auro purissimo.

4 Vitam petiūt abs te, quam & dedi-
sti illi, nullo vñquā tempore finiendā.

5 Summum beneficio tuo assequu-
tus est bonum: gloria & honore cumu-
latisimum reddidisti eum.

6 Efficies ne munificētia tuae expers-
fiat vñquā gaudio explebis eū, vbi gra-
tiosissimo vultu tuo exhilaraueris eū.

7 Ipse enim rex omnem spēm suam
collocat in te , quare benignitas tua , ô
altissime , nunquā interire sinet illum.

8 Asseques manus tua, ô rex, vniuersi-
flos inimicos tuos , & dextera tua asse-
quetur eos qui odio persequuntur te.

9 Aestuare facies eos tanquam fur-
num incensum , quo tempore iratū te
illis ostendes Domine : ira tua disipa-
bis eos, & vorabit eos ignis.

D ; Fru:

P S A L M V S X X I .

10 Fructum omnem eorum sic est ter-
ra euelles, ut nihil remaneat seminis
eorum inter homines.

11 Conatis sunt enim crimen tibi im-
pingere, idque magno studio, sed perfiz-
cere non potuerunt.

12 Quarè sepones eos ab alijs, & fa-
cies eorum tanquam scopum sagittis tuis assi-

13 Ostende domine quartus (due petes.
sis, & viribus quantu[m] valeas, ut occa-
sione habeamus cantandi, & psalmis
celebrandi omnipotentiam tuam.

P S A L M V S X X I I .

Deus deus meus respice in

D Eus meus, deus meus, cur de-
seruisti me? vide or non impe-
traturus, quis id magnis aga-
clamoribus, liberationem.

2 Mi deus clamabo per diem, sed
non respondebis, & per noctem, absq[ue]
ulla intermissione.

3 Interim tu o sanctissime, veluti se-
curus horum que patior, desidere vide-
ris, q[ui] succurrerit toties, & materia fui-
sti car

P S A L M V S M X X I I .

sti carminū ipsi Israēli, quibus gratias
tibi pro beneficijs agebant.

4 Spem suam in te ponere solebāt
patres nostri, & quoties id faciebāt,
tu liberabas eos.

5 Quoties ad te clamauerunt libe-
rati sunt, quoties sese tibi crediderunt,
pudore non sunt suffusi.

6 Ego vero verisimilis esse videor ma-
gis quam vir sterquilinum Adę, &
infimę plēbis fex.

7 Quotquot videbāt me subsanna
bāt me, conuitiabātur, & moto capite
irridentes insultabant mihi.

8 Gloriari solet hic, inquietes, charū
se esse dño, liberet ergo nunc eum, si
tantopere amat eum.

9 Te procurante prodij ex vtero, et
benesperare iussisti me, quum adhuc
sugerem vbera matris meę.

10 Opa tua electus sum ē vulua, &
curę tuę relictus, quā essem adhuc in
vtero matris meę deus eras mihi tu.

11 Ne procul igitur abscesseris à me
D 4 quia

PSALMVS XXII.

quia periculum præsentissimum est; nec
quenquam video qui auxilio futurus sit

12 Cinxerunt me tauri multi, fortis
& velut saginati in pascuis Basan cir-
cundederunt me.

13 Aperuerunt aduersum me os suum
non aliter quam leo inhians prædæ &
præ fame rugiens.

14 Tanquam aqua fluidus factus sum
& soluta sunt omnia membra mea, cor
meum veluti cera diffluxit intra præ-
cordia mea.

15 Exaruit tanquam testa omne robur
meum, & lingua mea agglutinata est pa-
lato meo: & tandem in puluere quemad
modum mortui solent sepelies me.

16 Circundederunt namque me canes,
conspirauerunt aduersum me pessimi
quiique, foderunt manus meas & pe-
des meos.

17 Tractatus sum ab eis tam inhu-
maniter, ut numerare potuerim facile
omnia ossa mea: ipsi abhuc post om-
nem cruciatum torue aspiciebant, &
contem

P S A L M V S / XXII.

contemplabantur me.

18 Partiebātur vestes meas, & de tu-
nica mea sortiebantur.

19 Quare tu queso Dñe, ne longe ab
scesseris hinc: quin potius (quum sis for-
titudo mea) ferre mihi suppetias festina

20 Eripe à gladio animam meam, &
à violentia canis vnicam meam omni
humano auxilio desitutam.

21 Salua me ab ore leonis, & è corni
bus vnicornium eripe me.

22 Cōmemorabo maiestatem nomi-
nis tui fratribus meis, in frequētissima
populi turba laudes tuas prædicabo.

23 Quotquot estis cultores Domini,
laudate eſi : vniuerſi posteri Iacob ma-
gnificate eum, & reuerenter colite illū
omnes posteri Israēlis.

24 Quia non despexit, neq; vilipen-
dit ob miseriam pauperem, neq; auer-
tit contēptim faciem suam ab eo: quin
potius quum pauper clamaret ad illū,
diligerter auscultauit.

25 Te laudabo carminibus meis pu-
blice

Desiderio

PSALMVS XXII.

blice in frequentia populi, & que vos
ui persoluam videntibus illis qui re-
uerentur te.

26 Comedet pauperes & saturabun-
tur laudabunt Dominum quicunque stu-
dent placere illi, viuent corda vestra
quotquot estis tales perpetuo.

27 Considerabunt hec & conuer-
tentur ad Dominum cuncti fines terrae, &
supplices sicut tibi domine universae
nationes gentium.

28 Domini enim est potestas regia, & im-
perium habet etiam in gentes.

29 Comederunt & quoniam gustassent spi-
ritalia domini dona, supplices facti sunt po-
tentissimi quiete eorum qui terram inhabe-
tant, & in veneratione illius genua fle-
cent, etiam mortui omnes in terra se-
pulti, quia propriam vitam non est dedig-
natus imperio pro illis.

30 Posteri nostri colebant eum, scribentur
hec de domino, ut posteri intelligant, ut &
illi veniant, & annuncient populo quod ab
ipsis nascetur, quod haec fecerit tam stu-
penda

XII.
Et quæ ves
Ulla qui re
faturum
dixit fia
orta vesp
uo.
& conve
tente, &
vnuete
gi, & in
s.
suffici
sunt po
inhabita
nua fe
terra fe
dedit
ribent
nt. vir
lo q
am su
penda

PSALMVS XXIII.

penda Dominus.

Psalmus David. XXIII.

Dominus regit me & nihil

Ominus pascet me, quare nul
ius egere potero.

2 In pascuis amoenissimis
recubare faciet me, & iuxta a:
quas leniter fluentes enutriet me.

3 Animum reddet mihi, exercebit
nancs me in vijs iustitiae, quoniam ita
placitum est illi.

4 Etiā si eundū mihi sit p vallem rā
opacā, vt vmbra illius vndiq; morte
minitetur, nihil metuā: siquidē tu ades
mihi: virga enim tua & pedum pasto
rale tuū à metu liberabunt me.

5 Instrues in cōspectu meo mēsam
è regione perseguitorū meorū, vt vi:
deant & doleant, vnxisti vnguento ca
put meum, & poculum meū ad sum:
mum vsque impleuisti.

6 Certo certius benignitas tua, & mi
sericordia comitabuntur me p o mne
vitā meam: quare tandem inhabitabo
domū

P S A L M V S X X I I I .

domum Dñi diebus nunquā finiēdis.

Psalmus Dauid. X X I I I .

Domini est terra, & plenitudo.

A Domino est terra, & illa terrena
omni copia qua terra plena est
orbis inquam terrarum ab eo
est, & quicquid visquam hominum orbem inhabitat.

2 Ipse enim supra maria firmissime
stabilitam extate fecit eam, & fluminibus
elegantissime distinxit eam.

3 Quis ascendet in montem Domini,
& cui permanere continget in loco
illo, quem tam augustum inhabitat
sanctitas illius?

4 Qui puris est manibus & candido
pectore, qui non iuravit sine causa per
animam meam, inquit Dominus, neque
fallere quenquam perjurio tentauit.

5 Qui accipiet benedictionem ab ipso
Domino, & iustitiam a Deo authore
salutis ipsius.

6 Hoc est genus illud hominum, qui
querunt illum, & participes fieri cu-
piunt.

PSALMVS XXV.

piunt boni , tibi à Deo promissi , & Iacob . Ita res habet .

7 Leuate vos portæ capita vestra, &
tollamini ianuæ, quæ ab æterno fuisti
clausæ: ingressurus est enim per vos in
clytus ille rex.

8 Quisnam est rex ille inlytus? Do-
minus fortis & potens, Dominus va-
lens in prælio.

9 Auferte vos portæ vectes vestros
vt pateant ianuæ ab æterno clausæ: in-
gressurus est enī p̄ vos rex ille inclytus.

10 Quis hic est inclitus ille rex? Dominus imperator coelestium exercitum, ille hic rex est summa maiestate conspicuus. Ita res habet.

Dauid. XXV.

Ad te Dñe leuaui animā meam.

Ad te Dñe animā meam erigā
2 Mi Deus totū metibi con-
credi, quare nunquā pude-
fiam spe mea frustratus, nec
causam exultādi habebunt hostes mei
tanquam vīctus fuerim ab eis.

Quot

PSALMVS XXV.

3 Quotquot enim expectat auxiliū
abs te, nō destituētur expectatiōe sua:
frustrabūtur autē spe sua scelerati, qui
sine caussa persequuntur me.

4 Vias quibus itur ad te fac noscam
& semitas tuas doce me.

5 Guberna me bona fide, qua facere
soles oīa, & doce me: tu es enī ille deus
qui salutis author esse soles mihi, qua-
re nihil desperās multo tēpore expe-
ctaui, vt & nunc mihi succurras tu

6 Reuoca in memoriā Domine cle-
mentiā & benignitatē tuā, quibus
seculis superioribus tā liberaliter vīsus
es erga tuos.

7 Peccatorum quē designauit adole-
scens, & delictorum quē subsequuta
sunt, ne memor esse velis, sed pro tua
clementia tracta me tu, qui natura be-
nignus es domine.

8 Benignus & integer est dominus
quare non dedignabitur docere vel ip-
sos peccatores, quo pacto viuere illos.
hic oporteat.

Doce:

PSALMVS XXV.

9 Docebit optima ratione, quo pæsto viuere modestos velit, & docebit quæ per illos fieri cupiat.

10 Quæcūq; facit dñs, misericordiæ & fidei esse plenissima cōstat n̄s, qui re

cipiūt pactum & admonitiones illius.

11 Propter temetipsum dñe remitte

precōr iniquitatē mēā q̄is plurimā.

12 Q̄ est fōelix ille vir qui reueretur dñm, docebit quo pacto illum viuere oporteat, vt charus fiat deo.

13 Anima illius fōelicissime in bonis versabitur, & semen illius veluti h̄ere: ditario iure possidebit terram.

14 Secretorū suorū participes faciet dñs eos, qui reuerenter colunt illum, & iuxta pactum, quod iniit cum eis, diligenter ipse docebit eos.

15 Oculi mei assiduc obseruant deū, vt ipse liberet à laqueis & periculis, in quibus versor, pedes meos.

16 R̄spice clementer me, & miseri- cors sis erga me: quia ab omnibus de- sertus & pauper sum ego.

Affliz

PSALMVS XXVI.

¶ 17 Afflictiones cordis mei late sparke
runt seſe, ex angustijs quibus vndique
coarctor, educ quæſo me.

18 Conſydera paupertatem & affi-
ctionem meam, vt auferas a me vni-
uersa peccata mea.

19 Conſydera hostes meos q̄ ſint mul-
ti, & q̄ capitali odio persequantur me.

20 Cuftos ſis animæ meæ, & libera
me, ne pudeſiam ego, qui ſpem meam
omnem collocaui in te.

21 Innocētiae & æquitatis ſtudia ſer-
uent me: ſolice enim expeſto aduen-
tum tuum.

22 Libera Deus Iſraēlem ex oībus af-
flictionibus ſuis. Dauid. xxvi.

Judica me Dñe, quoniam.

Vdex esto Domine in cauſa mea,
vt palam fiat, quām ſimpliciter
fecerim quæ feci, quām q̄ hoc ve-
re crediderim, te nunquam permis-
ſurum vt taderem.

2 Scrutare oīnia mea Domine, &
experiſe qui ſun, igne explora renes
meos,

PSALMVS XXVI.

meos, & ipsum cor meum.

3 Inuenies memorem me beneficioz
rum tuorū fuisse semper: exercui enim
me diligenter in fide, quā concepi de te

4 Non habui familiaritatem cū hos
minibus vanis, neq; cum subdolis con
suetudinem habebo.

5 Odio habui conuenticula prauorū
& impios, qui nulla certa lege viuunt,
auersatum sum semper.

6 Lauabo donec puræ fiant manus
meæ, & sic tandem amplectar altare
tuum Domine.

7 Clara vocet tibi oīa mea accepta re
feram, & cōmemorab o q; multis mo
dis miraculose adfucris mihi.

8 Dñe optaui vehemēter, vt mihi cō
tingat habitare in domo tua, & in loco
quē tua maiestas peculiariter inhabitat

9 Quare non perdes cum peccatori
bus animam meam, nec cum viris san
guinarijs vitam meām.

10 Quorū oīa sunt studio scelerata,
quorū & dextera plena est muneribus

E Interim

P S A L M V S X X V I I .

11 Interim ego in simplicitate mea,
sicut hic usque, persista: tu libera me à
malo, & clementer tracta me.

12 Pes meus non aberrauit à recto,
quare palam in frequentia populi lau-
des domini prædicabo.

David X X V I I .

Dominus illuminatio mea

Omnis lux mea, et salus mea
à quo mihi timebo. Dñs est

Drobur vitæ meæ, à quo metuā
2 Quū educeret copias suas
aduersum me hoīes scelerati, vt fundi-
tus pderet me inimici mei capitales, in
ipso conatu inferiores facti, corruerit

3 Si instruatur aduersus vñū me iu-
stus exercitus, nihil metuet anius me-
us : & si cōmittatur mecum prælium, in
ipsa pugna firmissime credam auxi-
lio futurum te mihi.

4 Vnū quiddā orauis dñm, qđ & p-
gā indesinēter petere, liberā in domo
dñi ab omni solitudine vitā, vt corā
videre possim quantum sit amicitatis

apud

PSALMVS XXVII.

apud dñm. & scrutari q̄ sint in regia il
lius varia, & admiratione dignissima.

5 Absconderet enim tū me in taber-
naculo suo, nec sineret vnq̄ sentire me
incommodi quicquā: occultaret me
in perieralibus domus suæ, & veluti
super petram hostibus meis inacces-
sam, collocaret me.

6 Sed & nunc scio superaturum me
eius beneficio inimicos meos vniuer-
sos, quamuis vndiq; oppugner ab il-
lis: quare & immolabo in tabernacu-
lo illius hostias, in signum ingentis læ-
titiae cantabo, & conscribam Psalmos
in laudem Domini.

7 Audi domine vocem mēā quum
clamauerō, & misericorditer tracta
me, & responde vōtis meis.

8 Hortatus ex animo sum expertus
benignitatem tuā, alios vt studeat cō-
parare fauorem tuū sibi, ego certe (fa-
ciant quod volent illi) vt placido sis
erga me vultu tuo Domine, sedulo
conabor.

E 2 Tuve:

PSALMVS XXVII.

10 Tu vero noli abscondere a me vul-
tum tuum, neque auferis tanquam ira-
tus seruum tuum, qui toties auxilio fuisti
mihi, ne negligere nunc me, neque desere.
Deus author salutis meae.

11 Quum pater meus & mater mea
reliquissent me mihi, adiunxit me sibi
Dominus, & curam suscepit mei.

12 Ostende mihi Dñe viam qua itur
ad te, & porrecta manu (quæ admodum
paruulo mater solet) duc me per semitam
rectam, ne hostes mei viam itercipiant mihi.

13 Ne permittas me premi tyrannide
hostium meorum, quorum opera factum
est, ut insurrexerint aduersum me te-
stes iniqui, & is qui falso scelus commen-
tus est, quod impingat mihi.

14 Eo res perducta fuit, ut nisi firmis-
ime credidisset, & veluti persuasum
habuisset, visurum aliquando me insi-
gnem Dñi benignitatem in terra qua
vivunt, qui nunquam sunt morituri: tunc
animum despondisset.

15 Quare patienter expecta, quisquis
sapis,

PSALMVS XXVIII.

sapis, auxiliū Dñi, sis aīo infracto, nec dubita quin ipse cōfortatus sit cor tuum: & quicquid acciderit tibi feras patienter, & totus pendeas à Domino.

Dauid **XXVIII.**

Ad te Domine clamabo.

TVum Dñe auxiliū implorabo,
qui instar rupis hostibus meis
inaccessæ olim esse soles mihi,
ne obsurdescas quæso ad pre-
ces meas: ne si forte nō responderis vo-
tis meis , ego siam similis iñs , qui per-
gunt ad sepulchra.

2 Audi vocem precationis meæ: clambabo enim ad te, & sustollâ in altum manus meas versus cœlū, in quo veluti in tēplo sanctissimo maiestas tua peculiariter quodam modo habitat.

³ Ne me vnum è numero impiorum
& flagitiosorum fieris inas, qui verbis
apud socios amicitiam simulant, & ve-
nenum pestilens in pectore gestant.

4 Retribue illis secundum illorū de-
merita, & secundū malitiam scelerata-

E. J. rum co.

PSALMVS XXVIII

rum cogitationum, quibus alios sup-
plantare student: secundum opus ma-
nuū illorum redde illis, persolute illis
quod suis sceleribus merentur.

5 Et quia nō conabūtur cognoscere
dñm per ea quę facta sunt ab illo, nec
p mirabile hoc creationis opus, in quo
tā manifeste relucet omnipotētia ma-
nus illius, ipse destruet funditus eos à
nullo vnquam restituendos.

6 Dignus est qui perpetuo laudetur
à me dominus: audiuit enim vocem
precationum mearum.

7 Dominus fortitudo est mea, &
protectio mea, cor meum per omnia
credidit illi: quare & fortis factus sum
& p̄ gaudio subſiliit cor meum, &
carminibus meis testabor quantū ac-
ceperim beneficij ab illo.

8 Dominus vires suppeditat suis et
principia pars victiarum Christi sui
ip̄se semper fuit.

9 T utare dñe populū tuū, & auge
donis tuis, quos veluti hereditario iur-
re bo-

XVIII
us alienis
m opus ne
perfidum
natur.
cognoscere
ab illis, pe
poterat in
potentiam
fatus es i
as vocan
o fundat
im vocan
mea, &
omnia
as sum
um, &
antia
at finge
driatu
Xauge
uno et
rebot

PSALMVS XXIX.

re honorū tuorū participes esse volui
sti: pasce eos, & erige eos assidue ma-
gis ac magis in perpetuum.

Psalmus David XXIX.

Afferte domino filij dei.

Tribuite Dño robustissimi qui
q; tribuite inquā domino glo-
riam & omnipotentiam.

2 Tribuite dño, & fateamini
esse augustissimū nomē illius, suppli-
ces efficiamini dño, quēadmodū me-
retur sacrosancta maiestas illius.

3 Vox dñi cōmouet aquas, Deus q
dignissimus est omni gloria , tonītu
excitat, Dñs potestatem habet effun-
dendi in terram aquas plurimas.

4 Vox dñi est potentissima vox do-
mini est magnificentissima.

5 Vox dñi confringit cedros: cōfrin-
git dominus cedros Libani.

6 Et subtilire faciet instar vituli Li-
banū, & ipsum montem Sirion non
aliter q pulli solent vnicornium.

7 Vox dñi secat flamas ignis.

E 4 Vox

PSALMVS XXX.

8 Vox Dñi cōtremiscere facit deser-
tū, cōtremiscere facit dñs desertū Cades
9 Vox Dñi parere faciet præ metu
ceruas, conspicua reddet quæ latent in
densis & vastis syluis. interim in tēplo
illius vnaquæque res pro modulo suo
agnoscit maiestatem illius.

10 Dñs tempore diluuij regnū obti-
nuit, & manebit rex perpetuo.

11 Dñs vires dabit populo suo, Dñs
beabit populum suum pace perpetua.

Psalmus cantatus ob dedicationē
domus Domini, cuius author fu-
it ipse David. XXX

Exaltabo te Domine.

Audibus efferam te Domine, φ
seruaueris me, nec anfam præ-
bueris hostibus meis insultandi
cum gaudio mihi.

2 Domine mi Deus imploraui auxi-
lium tuum, & sanasti me.

3 Domine saluam esse voluisti ani-
mam meam ab inferis, seruasti me ne
fierem vnuſ ē numero eorum, qui pre-
cipites

2107

PSALMVS XXX.

tipites eunt in puteum.

4 Cantate Dñm , quóquot experti
estis benignitatē illius , celebrate me-
moriā sacrosanctæ maiestatis illius.

5 Momentanea est enim ira illius , a-
mor vero q̄ prosequitur suos per oēm
durat vitam: si forte sub vesperam acci-
dat flebile quicquā illud in ipsa aurora
commutabitur in gaudium.

6 Ego dicebam nīmum fidens p̄r-
sentibus , quū essēm in ipso flore m̄co ,
fōlicitas hāc durabit , nec quicquā ex-
periār vñquam mali.

7 Tu profecto Dñe muniuisti id qd
pr̄cipuum est in me , & veluti mons
munitione firmissima : sed castigatu-
rus stultitiam meām , auertisti paulis ,
per faciem tuam à mē , & turbata sunt
omnia consilia mea.

8 Quare iterum clamabo ad te Dñe
& incessanter Dominum orabo.

9 Quæ quæsto vtilitas effet me sati-
guine fuso pergere ad interitum? cele-
brare ne poterit te puluis , aut p̄redi-

E 5 care

PSALMVS XXXI.

care constantiam & stabilitatem tuam
in promissis?

10 Audi Dñe, & misereat te quæso
mei, domine sis auxilio mihi.

11 Conuertisti iterū subito iustum
meum in exultationem, rupisti saccū
quo indutus fueram, & perfudisti me
gaudio omni ex parte.

12 Quare cantabit te incessanter aia
mea, quæ decus est & pars optima mei
Dñe mi deus toto tempore vitæ meæ
acceptā tibi referam salutem meā.

Psalms David. XXXI.

In te Domine sperauit.

O mine in te sperauit, fac quæ:
so ne vnquam pudefiam spe
mea frustratus, sed tua iustitia
serua me.

2 Præbe mihi aurē, cito libera me: sis
mihi, p rupe inaccessa hostibus meis et
arce munita turribus multis, vt serues

3 Quia, p petra &, p turri tu (me.
mihi eis soles: propter nomen tuum
tua sponte deduces me, quocunq; eun
dum

P S A L M V S XXXI.

dum fuerit mihi, & enutries me.

4 Explicabis me à laqueo quem ab
sconderunt ut capiant me: nihil enim
possem ego sine te.

5 Curae tuæ cōmendabo spiritū me-
um: sepe liberasti me, & liberabis Dñe
in promissis constantissime verax.

6 Odio habui eos, qui amplectūtur
vana, quę illis usui futura nō sunt. ego
certe spem omnem posui in te.

7 Lætabor & exultabo expertus mī-
sericordiā tuā: vidisti enim afflictio-
niē meā, et agnouisti in medijs per
sequentiōibus animam meā.

8 Nec permisisti me premi tyrannis
de hostiis mei: quin potius firmasti in
lōcō spacioles gressus meos.

9 Misereat te mei Domine, quoniam
imminet periculum mihi: corrosus est
præ mōrōre oculus meus, anima mea
& venter meus.

10 Cōsumpta enim est mōstitia bo-
na pars vitæ meæ, & anni mei cūm ge-
mitu: destituit me propter iniquitatem
virtus

PSALMVS XXXI.

virtus mea, & os̄a mea contabuerunt.

11 Metu hostium meorū (qui numerosi sunt plurimi) factū est, ut tranquam probrosum exhoruerit me proxime vicini milii, & terrori fuerim illis, cum quibus quondam milii fuit arctissima familiaritas: quotquot videbant me, foras fugerunt relictō me solo.

12 Oblivioni datus fui nō aliter quam mortuus aliquis, qui nō sperat in qua pristinæ vitæ restituendus, & tanquam vasculum nulli amplius usui aptum.

13 Audiui enī obloquia multorum, & minas eorū qui erant circū me: consipitabat enim uanimiter aduersum me, & vitā adimere milii constituebant.

14 Ego interim te Domine confisus in ea perfisti sententia, ut quicquid accideret mihi, non dubitarem quin Deus adesses mihi tu.

15 In potestate tua sunt tēpora mea, libera me à tyrannide inimicorum meorum, & eorum qui persequuntur me.

16 Hilarem exhibe vultum tuum seruo tuo,

PSA
10 tuo salu
11 concordia
12 Dñe
13 implorau
impi, &
14 Mut
mendaci
tar de jut
15 Q
quas re
lunte
sperant
cum ac
16 A
è region
dita et,
potestis
liberis
17 N
quoda
suan
suifer
18 E
ma con

XXXI.

P S A L M V S X X X I I

Uo tuo, saluum me fac pro genuina m^{is}
sericordia tua.

17 Dñe nō vertatur mihi pudori, q.
implorauerim auxiliū tuum: pudefiāt
impij, & taceat sepulti apud inferos.

18 Muta siant labia quæ assueuerunt
mendacij, quæ contemptim loquun-
tur de iusto, & cum fastu.

19 Quām sunt copiosæ diuitiæ tuæ,
quas reposuisti, in v̄fus eorum qui co-
lunt te, designasti plurima in gratiam
sperantium in te, palā in conspectu &
cum admiratione posterorum Adæ.

20 Abscondes eos, & collocabis eos
è regione faciei tuæ, quæ impijs absco-
dita est, vt tuti sint à minus quātuinus
poteritis: abdes eos in habitaculo tuo, vt
liberi sint à linguarum virulentia.

21 Maior omni laude Dñs, qui miro
quodam modo ostēdit misericordiam
suam mihi, & tanquā in munitissima
fuissem ciuitate, tutatus est me.

22 Ego quidē olim in anxietatesum
ma constitutus, abiectum me esse puta-
bam

PSALMVS XXXII.

Bam abs te: verū tu etiā tum diligenter
sime auscultabas quotiescūq; clamabā,
& oēs praeuaricationes meas audiebas

23 Amate Dñm, quotquot benigni-
tatem illius experti estis: cādidos custo-
dit Dñs, & reddet pro fastu copiose
quod meretur, homini fastuoso.

24 Animo forti estote, nec dubitate:
quin Dñs ipse robur additurus sit ani-
mis vestris, quotquot patienter expe-
ctatis aduentum illius.

Dauid. XX XII.

Beati quorum remissio.
FOelix cui condonatum est de-
lictum: & cuius coopertum est
peccatum.

2 Fœlix ille homo, cui dominus
non imputabit peccatum, nec fraus in
animo illius inuenta est.

3 Quamdiu tacui cōterebantur vires
meæ: præ erumpente ciulatu asidue.

4 Quia per diem & noctem ingra-
uescebat manus tua contra me, sic mu-
tatus sum: ut ex succulento factus sim
aridior

PSALMVS XXXII.

aridior, q̄ sunt aristae in media messe.

Ita res habet.

5 Quare aliud iniij consilium , & sta-
tui peccati meum nō amplius cælare,
sed aperire tibi iniquitatē, quā admise-
ram: quod quām primū fecissem, abstu-
listi continuo iniquitatem peccati mei.

Ita factum est profecto.

6 Quare exēplo meo precibus ager
apud te quisquis benignitatē tuam ex-
pertus est, vt tempus remissionis inue-
niat: q̄ si contigerit illi, nullæ quātum-
uis multæ fiant malorū inundationes,
ad illum poterunt pertingere.

7 Tu prouidētia tua occulta, à malo
proteges me, & gaudijs quibus gaude-
re solent ē manibus hostium elapsi, af-
ficies me. Certo certius.

8 Prudentem, inquit Dominus , fa-
ciam te, & docebo q̄ pacto viuere opor-
tearte, & studioſissime obſeruabo te
oculo proprio.

9 Tantū ne similes efficiamini equo
vel inulo , qui non ſolū nihil intelligit
benefi

PSALMVS XXXIII
beneficiorū in se collatorū: sed capistro
vel freno os eius cōstringere oportet;
ne appropinquet & mordeat vos.

10 Mala plurima manent impium:
eum autē qui spem suam ponit in Do-
mino, illū ipse benignitate sua cumula-
tissimum reddet;

11 Lætamini quod proprium habeas
Dominū, & serio exultate iusti, ædi-
te signa lætitiae quoq̄t aīo cādidi estis.

Psalmus David. XXIII

Exultate iusti in Dōmino.

Vm exultatiōe laudate iusti do-
minum: æquisimū est enim &
decentissimū, vt à candidis lau-
detur Dominus.

2 Laudate Dñm cithara, nabo & de-
cachordo laudes illius decantate.

3 Canite in honorē illius carmen nō
vulgare, sed nouum: operam date vt q̄
optime cantetis, & cū animi alacritate.

4 Aequa enim sum quæ loquitur &
mandat Dominus: & quicquid facit,
optima illud fide facit,

Amans

XIII
ad capitulo
te optinet
a vos.
et impium
in De
fus cumul
cum habe
e infipie
ad hunc
XIII
no.
de cuius do
enim &
cili lau
lo & de
ate.
Armenio
date viq
alacri
quintu
quid fac
Amans

PSALMVS XXXIII

5 Amans est iustitiae & æquitatis, be-
nignitatis Dñi nihil expers est eorum,
quæ sunt in vniuersa terra.

6 Verbo Dñi cœli facti sunt, & spiri-
tu oris eius vniuersus ornatus illorum

7 Colligit veluti in cumulum aquas
maris, & concludit certo loco seruādas
abyssos, nō aliter quam thesauri solent

8 Solicite colant Dñm quotquot in
terra degūt, & offendere illū metuant
quotquot sunt habitatores orbis.

9 Ipse enim quicquid fieri vñquam
volut, id factū est : & quicquid vñquā
iussit existere , id extitit continuo.

10 Dñs turbauit consilia gentium, ir-
rita fecit machinamenta populorum.

11 Confilium vero Dñi perpetuo in
uariatum manebit: quæ ipse in animo
suo facere proponit, ea fient quounque
tempore ipse volet.

12 Beata gens quæ Dñm habet pro-
tectorem suum , & populus ille fœlix
est , quem Dominus sibi elegit , ut illū
peculiarī modo possideat.

F E cœlo

PSALMVS XXXIII

13 E cœlo prospexit Dñs , contépla-
tus est quicquid vsquā est hominum.

14 E tabernaculo , quod ab omni in-
quietudine liberū ipse inhabitat , cōsy-
derauit vniuersos habitatores terræ.

15 Ille , inquā , cōsyderauit vniuersos ,
q̄ finxit sine villa exceptiōe corda oīm
qui & nouit singulorū opera singula.

16 Ne rex quidē saluus eudet ex-
ercitu quantumuis numeroso , nec mi-
les quantumuis strenuus pericula cu-
det propriis viribus.

17 Res fallax est equus ad præstan-
dam salutē , nec vllis virib⁹ suis eripe-
re ē periculis poterit sessorem.

18 Ecce oculus Dñi obseruat , & cu-
stodit eos qui reuerenter colunt ipsum :
& eos qui patienter expectant , vt beni-
gnitatis illius participes fiant .

19 Ut liberet eos à morte , & victim⁹
suppeditet illis tempore famis .

20 Anima nostra expectauit Dñm
asfidue-auxilium enim nostrū , & pro-
tectione nostra ipse est .

Ipse

XXXIII
Dñs, contigit
et honorem
et ab omni
habuerit, cip
avores tenuerit,
vix vices,
de contum
opera engla
us evaderet
sollicitus
penitulac
ad prafac
fuis erpe
t, & at
ipsum:
t, vt beni
victum
is.
uit Dñm
i, & pro
Ips
XXXIV
PSALMVS XXXIV

21 Ipse pro sua bonitate caussam gaudendi prebebit cordibus nostris, qui ipsius nos sacrosanctæ maiestati curando tradidimus.

22 Respondeat expectationi nostræ benignitas tua Domine.

Ipsius David, quum simularet se alium q̄ erat corā Abimelech, q̄ & reiecit illum à se, atque ita elapsus est. XXIIII.

Benedicam Dñm in omni tempore.

L Audabo Dñm oī tēpore: asisti due laudes illius cāabit os meū
2 In laudādo Dño occupata erit aīa mea, vt audiant qui aduersa patiuntur, & recreentur.

3 Laudibus quantum potestis maxi mis efferte dominum, extollamus no men illius vñā omnes.

4 Quæstui Dñm, & exaudiuit me: & ex oībus angustijs eripuit me.

5 Conuerrat se ergo ad illū propere quotquot sapiunt: assequentur enim quicquid postulauerint ab illo.

F 2 His

PSALMVS XXXIV

6 Hic enim pauper clamauit, & Dñs exaudiuit, & ex omnibus tribulationibus liberauit eum.

7 Castrametatur angelus Dñi circa cultores illius, ut seruet eos.

8 Quare reuerenter colite Dominū sancti illius: nihil enim decrit vñquam cultoribus illius.

9 Perpendite & videbitis tā liberaliter benignū esse dñm, vt felicē iudicaturis sitis virū, qui spē suā collocat in eō.

10 Qui potentia leonibus similes videbantur, ad inopiam redacti sunt, & famem passi quum interim querentibus Dñm nihil defuerit vñquam.

11 Venite quotquot discere cupitis, et auscultate mihi, quo pacto vere coli velit Dominus docebo vos.

12 Quisquis cupis fieri longæuuus, & multis annis viuere fœliciter,

13 Cohibe linguam à maledicentia, & cōpesce labia tua ne cōcinnet dolos

14 Fuge malū & fac bene, sectare pacem ut assequaris eam.

Oculū

PSALMVS XXXIV

15 Oculi Domini obseruant iustos,
& aures habet accommodatas ad clā-
mores illorum.

16 Toruo vultu Dñs aspiciet scelerat-
tos, vt aboleat à terra memoriā illorū.

17 Clamauerunt iusti, & Dominus
sic exaudiuit eos, vt ex omnibus ad-
uersis eripuerit eos.

18 Adest Dominus his q̄ fracto sunt
animo, & eos qui afflito sunt spiritu,
saluos faciet.

19 Multa incommoda accidit iusto,
sed ex omnibus illis eripiet eum Dñs.

20 Sic custodit omnia ossa illius, vt
ne vni quidē confringat ex omnibus.

21 Occidet impium ipsa impietas, &
quotquot odio persequuntur iustum,
peribunt.

22 Seruat animas cultorum suorum
Dominus, nec sinet interire quenquā
eorum, qui se se crediderunt illi.

Dauid. XXXV.

Iudica Domine nocentes me.

F 3 Supplie

PSALMVS XXXV.

Vpplicium sume de aduersariis
meis domine, pugna aduersus op-
pugnantes me.

2 Arripe clypeum & lanceam,
& fer suppetias mihi.

3 Armate gladio & hasta, vt occur-
ras persequitoribus meis: promitte al-
laturum te animæ meæ saluteim.

4 Suffundantur pudore & afficiant
ignominia, quotquot studēt subuerte-
re me, cōuertantur in fugā & infames
fiant, quotq̄t machinantur malū mihi.

5 Fiant similes festucæ, q̄ rapratur fla-
tu venti, & angelus Dñi insequaſ eos.

6 Destruatur lumine via, per quam
fugiendum erit eis, lubricaſiat, & ange-
lus Domini persequatur eos.

7 Quia sine vlla cauſa conati sunt
clam laqueis suis mortiferis inuoluere
me, sine cauſa foueam foderūt in per-
niciem meam.

8 Eueniat vnicuiq; eorum calamitas
de improuiso, & rete illud quod ex-
pandit in perniciem meam irretiat ip-
sum,

PSALMVS XXXV.

sum, in eandem illam foueam quam
mihi parauerat, incidat ipse.

9 Anima mea gaudeat & exultet se-
rio, propterea quod salutem afferre di-
gnatus sis mihi.

10 Omnia ossa mea dicāt non esse fi-
milem tibi Dñe, in eripiendo paupere
& violentia eorū, qui viribus illo supe-
riores sunt: in eripiendo, inquā, afflito
& egeno ab opprimentibus illum..

11 Consurrexerunt aduersum me te-
stes iniqui, quę ignorabam ipsis interro-
gantes obiecerunt mihi.

12 Reddiderūt malū mihi pro bono
ad inopiam redigere conabantur me.

13 Ego interim quum ipsi infirmarē
tur, pro vestimento v̄sus sum facio, &
ieiunio maceraui me, & precibus im-
petraui à Dño, quę volui pro eis.

14 Tanquā si summus amicus, imo
frater quiuis eorū fuisset mihi, oīa hu-
manitatis officia exhibui eis in aduer-
sis, nō aliter q̄ qui matrem lugent, pul-
latus & capite demissō incessi.

F + Econ:

PSALMVS XXXV.

15 Ecōtrario quoties mihi aduersi all
quid accidit , voluptatē ex meo malo
capiebant & congregabantur: congre-
gabantur inquam aduersum me homi-
nes depravati , qui læsi à me nulla re-
fuerant, proscindebant me conuitijs si-
ne intermissione .

16 Vnā cum scurris & irrisoribus fra-
sto panis cōductis, non destiterū fren-
dere contra me dentibus suis.

17 Domine quādo tandem horum ha-
bebis rationem? libera queso animam
meam ab ihs, qui perdere conātur eam
à catulis leonum solitariam , & omni
humano auxilio destitutam .

18 Accepta referā tibi oīa mea, idq
palam in hoīm frequentia, apud popu-
lum fortē laudib⁹ extollam te .

19 Non habeāt ansam insultādi , qui
hostiliter insequuntur me sine ratione,
nec illi , qui odio me habent absq; vlla
causā, & subsannant me.

20 Nō enim quibus tuto fidi possit
loquuntur, sed aduersus insontes, qui
in ter

PSALMVS XXXV.

in terra degunt, dolos concinnant.

21 Dilatauerūt os cōtra me , & insul-
tantes clamauerūt optime, optime, tan-
dem viderūt quę voluerūt oculi nostri

22 Vidisti hęc omnia, ne quæsio dif-
simula Domine, ne desere me , quem:
admodū solent , qui procul abeuntes,
amicum relinquunt in periculis .

23 Profer te , & ostende in caussa hac
mea ipsos ea quæ faciunt te dormien-
te non facere, sed quāuis non appareat
te Deum Dominū meum diligentissi-
me curare negotia mea.

24 Iudica quod iustū esse nouisti Do-
mine mi Deus, & fac ne habeāt quare
ipſi compotes voti irrideant me .

25 Non habeāt cur dicāt in corde suo
ex animi nostri sentētia hęc res succe-
dit nobis, neq; iactēt se prostrauisse me.

26 Pudore afficiantur, & infames fi-
ant quotquot voluptatem capiunt ex
malo meo : induant confusione&
pudorem, quotquot erigunt sele vt no-
ceant mihi .

F ; Gaudet

PSALMVS XXXVI

27 Gaudent & letentur quibus placet innocentia mea, & dicant iugiter, magnificat Dominus, qui pacem habere voluit seruum suum.

28 Lingua mea sedulo praedicabit iustitiam tuam, et laudes tuas catabit asidue.

Ipsius serui Domini David. xxxvi.

Dixit iustus ut delinquit.

Erfuerat (quantum animo possum concipere) ipsa nequitia impio exlegi, non esse metuendum illi, ne Deus supplicium sumat de sceleribus illius.

2 Blandis persuasionibus egit apud illum ut placere incipiat ipse sibi flagitiis suis, quare sic offenditur Deus, ut ipsum cum sceleribus suis deprehensem, odio persequuturus sit perpetuo.

3 Sermo illius iniuritatis & fraudis plenus est, noluit resipiscere, neque vitam in melius commutare.

4 Cogitabit noctu iacens in lecto, quibus artibus opprimat plurimos: fecerabitur vita genus pessimum, nullum genus

XVI
publis pla
gister, pra
tabere vo
ardicibus
datis, chuc
XXXI.
nqua,
monu po
sequunt
etendam
sum funz
git apud
tis fragi
us, vesp
culum,
vo.
frauds
neg, vici
in leto,
rim osse
nullum
genus

PSALMVS XXXVI

genus malitiae prætermittet.

5 Dñe quicquid ambitu ccolorū con
tinetur, benignitas tuæ particeps est,
& cōstantiam propositi tui sentiūt quę
cunq; inter terrā & nubes media sunt.

6 Iustitia tua magnitudine superat
montes altissimos, iudicia tua profun-
diora sunt profundissima abysso : ho-
minem & bestiam saluabis Domine.

7 Quām est magnificienda benigni-
tas tua Deus, per quā posteri Ada-
x, ve-
luti latentes sub umbra alarum tuarū
tutti degunt.

8 Fruentur copia eartū rerum, quibus
abundat domus tua, & veluti flumine
variarum voluptatū potabis eos.

9 Apud te enim fons est vitæ peren-
nis, vbi illuminati fuerimus lumie tuo
a tenebris liberi erimus perpetuo.

10 Benignitatis tuę copiosius partici-
pes fac eos qui agnoscunt te, & iustitiae
tuæ eos qui cōdido sunt pectore.

11 Non perueniat vsque ad me pedi-
bus suis superbus, nec moueat me lo-
co meo

PSALMVS XXXVII
eo meo impiorum ferox manus.

12 In ipso conatu collapsi sunt, qui
perpetrare iniqua conabantur, prostra-
ti sunt, nec poterunt surgere.

Ipsius David. XXXVII.

Noli æmulari in malignan.

Nihil te moueat si sceleratos vi-
deris opulentos, nec illis inui-
deas prosperitatis tantillum.

2 Similes enim deprehen-
dentur fœno, quod exortum minimo
durat tempore, & herbæ similes erunt
virenti, quæ marcescit subito.

3 Fiduciam tuam colloca in Dño, &
sectare quod bonū est, & terrā inhabi-
tes lōgo tēpore, & pascas & augeras aſa-
ſidue de Dño conceptam fidem.

4 Si oblectaueris te Dño, dabit tibi
quantum animo cōcupiscere poteris.

5 Committe domino statum retum-
tuarum fide illi: optima enim fide cu-
rabit & te & tua omnia.

6 Et faciet ut ram sit conspicua iusti-
tia tua, quām est lumen solis, & æqui-
tates

OMNIS QD

PSALMVS XXXVII

states tuę (licet nunc non nihil obscurēt
tur impiorum fœlicitate) tā clare fient,
quām est sol in ipso meridie.

7 Patienter expecta Dominū , & fer
æquo animo, si quid ab illo tibi immit
tatur aduersi, neq; contristeris si videris
alium quempiam fœlicius augere sua,
quod sē penumero sceleratissimo cuiq;
euenire solet.

8 Cohibe animum tuum ab ira , &
pelle furorem, nec sic incendaris, vt illo
rum sceleratorum exemplo, ad perpe
tranda similia animum inducas.

9 Scelerationem homines subuerter
tur, qui vero Dominum patienter ex
pectant, velut hæreditario iure terram
possidebunt.

10 Breuiissime sic interibit impius, vt
veteris pompæ, qua admirationifuit
multis, nihil reliquum visurus sis.

11 Interim modesti possidebūt terrā,
& tranquillissime viuēt nocti pacē, quæ
plurima secundum commoda allatura sit.

12 Conabitur impius iustū subuertere,
&

PSALMVS XXXVII

re, & frēder aduersus illū dentibus suis

13; Dominus ridebit mīnas illius, no-
uit enim quām sit in propinquō tem-
pus, quo ipse peribit.

14 Gladium ē vagina exemerūt im-
pij & arcū suum tetenderūt, si quo mo-
do prosternere possent infōntē huma-
no præsidio destitutum: & eos deuora-
re, qui innoxie viuunt.

15 Gladius eorū penetrabit cor eorū,
& arcus eorum confringetur.

16 Satius est paululum habere & par-
tum iuste, quām diuitias plurimas, qñ-
modo habent eas iinprobi.

17 Posteritas enī impiorū dissipabit
seruabit vero iustos Dominus.

18 Nouit Dñs dies iustorum & cure
sunt illi: & hereditas eorū ppetua erit.

19 Nō frustrabūtur spe sua , qñ alios
inuoluet tē poris infōlicitas, & alijs fa-
me laborantibus ipsi saturabuntur.

20 Impij peribunt interim, & inimi-
ci Domini non aliter quām adeps ag-
norū, qui adoleat super altare , fine
capient;

XVII
PSALMVS XXXVII

capient:vnā cum fumo deficient.

21 Mutuum accipit impius, nec redet: iustus autē misericordia motus, vi tro dat ihs qui opus habent.

22 Quare qui bene precātur ob iustiam ei, terram possidebunt: qui vero maledicunt, extirpabuntur.

23 A Domino dirigentur gressus vī ri, & vite genus quodcumque elegerit, gratum erit illi.

24 Si ceciderit, non supplantabitur: Dñs enī apprehensa manu eriget illū,

25 Iuuenis fui, & diu viuendo senex factus sum, nec tñ vidi iustū desertum nec semē illius laborare inopia victus.

26 Assidue in omnes misericors est iustus, & mutuo dat: quare posteri illius diuitijs abundabunt.

27 Fuge malum, & sectare quod bonum est, vt possis durare perpetuo.

28 Amat cnim Dñs qd æquum est, nec vñquā deseret sanctos suos: custodia enī adhibita illis est ppetua, impiorum vero posteritas exterminabitur.

Iusti

PSALMVS XXXVII

29 Iustitā suā posidebūt ter-
ram, & inhabitabunt eam diutissime.

30 Os iusti tractabit sapientiam, &
lingua eius loquetur quæ ad rem per-
tinebunt.

31 Doctrina Dei sui stabilitum habet
cor, quare stabilis erit, & à lapsu secu-
rus pes eius.

32 Obseruat impius iusti, & studio-
se querit quomodo occidat eum.

33 Sed Dominus non sinet eum op-
primi tyrannidē illius, nec permettet
eum impietatis conuincī, quando caus-
sa eius in iudicio tractabitur.

34 Expecta ergo patienter aduentum
Domini: & viue secundum præscri-
pta illius, quod si feceris, extolle te, &
terre preficiet, & qñ impij subuertetur,
tu interitū eorum securus aspicies.

35 Vidi impium potentē & virentē,
& similem lauro quæ viret perpetuo.

36 Sed paulo post obiter præteriū lo-
cum in q̄ antea floruisse ille, verū inue-
xit non potuit: euanuerat enim.

Sit tū

PSALMVS XXXVIII.

37 Sit tibi curæ integratas , & specta
semper id quod rectū est: eum enī qui
talis est , pax manet perpetua .

38 Scelerati oēs funditus subuerten-
tur, exitus impiorum erit miserabilis.

39 Salus proueniet iustis à Dño for-
titudo eortū ipse erit tēpore afflictiōis .

40 Et auxiliabitur eis Dñs, liberabit
iniquā , eos ab impijs , & salutē adferet
illis, quia spem suam posuerunt in eo.

Psalmus David / XXXVIII.

Domine ne in furore tuo.

N E quoq; Dñe pro graui ira, &
si iustissimis de causis aduer-
sum me concepta sit , castiges
me, neq; p bili quā ego meis
sceleribus moui tibi, aiaudertas in me.

2 Iam nūc enī tuæ sagittæ alte infixæ
heret in me, et manu tua , pstrauisti me

3. Nihil integrum est in toto corpo-
re meo præ metu quem de te concepi-
irato : nihil est in ossibus meis quie-
tum, propterea quod peccatorum con-
scius mihi sum.

G

Iniquit

PSALMVS XXXVIII.

4 Iniquitates superauerūt caput meum, & factē sunt grauiores, quām quib⁹ ferendis sufficiam.

5 Putruerunt & recruduerunt male obduct⁹ cicatrices meæ, propter insig⁹nem stultitiam meam.

6 Peccati pondere depresso, supra modum humiliatus sum, toto die habitu lugubri obambulau⁹ tristis.

7 Intestina enim mea feruenti plaga plena sunt: quę sic eruūpit, vñ nihil in corpore integrum reliquerit.

8 Debilitatus sum, & modis tam mis̄ris vulneratus, vt pr̄e intolerabili animi cruciatu vocē ædiderim nō humnam, sed rugitum potius leoninum.

9 Dñe notū tibi est defyderiū meum & suspirium meum non latet te.

10 Cor meū palpitat intra me, destituit me robur meū, & lumen oculorū meorū non habeo in potestate mea.

11 Amici olim mei & familiares ē regione plague meæ steterunt: & vicini mei procul à me fuerunt semoti.

Reta

XVII.

PSALMVS XXXVIII.

12 Reia expandunt insidiantes virę
męe, & studentes incommodare mihi
loquebantur scelerata, & fraudes assi-
due machinabantur.

13 Ego vero ,tanquā surdus, audire
dissimulabā, & factus sum veluti mu-
tus nō aperię ad respondendū os suū

14 Et similis eram viro qui nihil au-

dit, nec diluit q̄ illi obiciuntur crimina.

15 Ad te enim Dñe anhelabam: tu au-
dies suspiria mea, Domine mi Deus.

16 Valde metuebā ne nanciscerentur
ipſi ansam gloriandi aduersum me : q̄
quoties vel tantillū accepissem incom-
modi, erigere solent cristas suas.

17 Gauſsam habebā metuendi, q̄ fe-
rendis verberibus destinatus essem, q̄d
que vulnus meum cogerer circumfer-
re inēcum iugiter.

18 Hoc illud est graue animi vulnus
quod iniquitatem meam non possum
non agnoscere, dū memet mihi osten-
do, nec dolorem remittere finit recor-
datio peccati mei.

G : Dum

PSALMVS XXXIX.

19 Dum ego ad eum modū affectus
sum, inimici mei viuūt & valēt, & nu-
mero plurimi persequuntur me, nihil
vnquā vel re vel verbo lāfi à me.

20 Quin potius mālum reddiderūt
mīhi à quo beneficium acceperāt, ad-
uersati sunt mīhi nō alia magis caussa,
q̄ quod vita mea illorū dissimilis erat
facere enim bene studebam.

21 Vides Dñe q̄ in loco sīnt res meæ
quare auxilio sis mīhi Dñe mi Deus,
& ne relicto me in his periculis, tu p-
cul hinc abscesseris à me.

22 Cito accurre, vt auxilio sis mīhi
Domine author salutis meæ.

Psalmus Dauid. XXXIX.

Dixi custodian.

STatui ne verbo quidem vlo si-
ne fructu ansam præbere impijs
calumniandi : frenum adhibebo
ori meo quamdiu negocium mī-
hi fuerit cum impi.

2 Obmutui penitus, abstinui etiā bo-
nis, metuēs ne & illa in calumniam ra-
perent

PSALMVS XXXIX

perent : quamuis et taciturnitas vehe-
menter auxerit dolorem mihi.

3 Conculuit intra me cor meum , &
quum aio reuoluerē, quibus in malis
essem, nō aliter æstuabā quām si ignis
intra me arderet , qui erumpere coge-
ret me in vocem hanc.

4 Fac sciam Dñe finē meum , & nu-
merū dierū mcorū, qui relicti sunt ad-
huc , vt cognoscā quanto tempore in
miserijs viuendum mihi sit adhuc .

5 Certum est enim te veluti in digi-
tis numeratos habere paucissimos di-
es meos , & huius vitę tempus apud te
rem esse penitus nihil: reuera enī mo-
dis omnibus vanissimus est , quisquis
est homo , quantiuis videatur esse ali-
quid. Ita res habet.

6 Etenim in tenebris tota vita sua
versabitur quisquis fuerit , & sine fru-
ctu tumultuabit: colliget magno stu-
dio multa , nescius interim in cuius
v̄sus congeret ea .

7 Et ego hoc retū statu , quid aliud
~ G ; opto

PSALMVS XXXIX

opto Dñe , q̄ vt succurras mihi a ne:
mine enī subsidiū expecto, n̄iſi a te.

8 Et vt ab oībus peccatis meis libe:
res me, nec finas me fieri ludibrio stoli:
dis & īpiñs hominibus.

9 Obmutui nō aperturus os mcum
quod scirem ad exēcendam patientiā
ab te immitti hēc mihi.

10 Aufer paulisper a me flagellū tu:
um, præ metu enim manus tuæ prope
modum exanimatus sum.

11 Castigationibus , ob iniquitatem
immissis, erudire soles hominē : & ab:
sumere, donec resipiscat, quicquid in
eo eximium fuerat, quemadmodum
tinea vestimentū consueuit: quare nihil
nisi mera vanitas est quisquis fuerit ho:
mo . Ita res habet.

12 Audi precationem meam dñe, &
clamorē meum auribus hauri : ad fle:
tum meū ne obsturdescas , peregrinus
enim sum apud te & alienigena , qua:
les fuerunt omnes progenitores mei.

13 Abstine paululū a flagellando me

vt vi:

XIX
PSALMVS XL.

vt vires pristinas recipiam, priusquam
migrare cogar nunquā redditurus huc.

Ipsius David Psal. XL.

Expectans expectaui.

Solicite expectans expectaui, do-
nec præberet se mihi Dñs, & ex-
audiret clamorem meum.

2 Et extraheret me è puto illo
calamitoso & luto sordidissimo, & co-
stitueret me in rupe erectum in pedes
meos, viam mihi præparans, per quam
ambularem inoffense.

3 Et immitteret in os meum carmen
quo noua decantentur & inaudita be-
neficia Dei nostri.

4 Videbūt hēc plurimi & reuerebun-
tur Dominum, & credent se illi.

5 Beatus ille vir, qui ponit in Dño si-
duciā suam, nec admirat̄ eos qui iactat̄
vires suas: & sectat̄ur fluxa hēc quē vi-
dentur esse aliquid, quim nihil sint.

6 Plurima designasti tu Dñe admira-
tione dignissima, & cogitationes qui-
bus sedulo curas nos, tam sunt multe

G 4 & mi-

PSALMVS XL.

& mirabiles, ut nemo hominum intel-
ligere queat, quantum tibi debeat pro
illis: si enim alijs enarrare coner eas, &
verbis proloqui, inueniam plures esse,
quam ut numerare sufficiam, nedum
verbis explicare.

7. Sacrificium & oblationē nō defy-
derasti, sed aures purgatas dedisti mihi
holocaustū & hostia, q̄ pro peccato fo-
let offerri, non amplius placent tibi.

8. Tum dixi, ecce ego ipse aduenio,
in volumine libri scriptum est de me.

9. Facere qđ placeat tibi deus vehemē
ter cupio, & doctrinā tuam in penetra
libus pectoris mei descriptam habeo.

10. Prēdicaui iustitiā tuā in frequētia
populi maxima, certe labijs meis non
pepercī, quod & tu Dñe optime nosī.

11. Iustificationē tuam non inuidebā
alijs, abscondens eam intra angustias
cordis mei, constantiam tuam in pro-
missis, & quam promisiſti te allaturū
miseris salutē, palam annūtiaui, nec de
stī cōmemorare plurimis, q̄ sis beni-
gnus,

P S A L M V S X L .

ghus , & q̄ tuto fidi per oīa possit tibi .

12 Ne nega queso tu Dñe omnimo
dam illam miām tuam mihi sed beni
gnitas tua & cōstantia in seruādis pro
missis , tutentur me perpetuo .

13 Circundederūt enim me mala in-
numerabilia , apprehenderunt me ini-
quitates plures , quām vt eas visu asse-
qui potuerim , superauerunt numero
capillos capitis mei : quare & animus
meus destituit me .

14 Dignare queso liberare me Dñe ,
ad ferendū auxilium mihi accurre .

15 Suffundant pudore & ignominia
afficiant ad vnum oēs , qui persequun-
tur animā meam vt perdant eam : con-
uertatur in fugam spe sua frustrati , no-
tentur infamia , qui voluptatē capiunt
ex malo meo .

16 Pereāt mercede accepta pro igno-
minia qua me afficere conati sunt , &
quotquot insultantes dicunt in aduer-
sis meis , euge , euge

17 Gaudeāt & lātentur freti fiducia

G 5 tua

PSALMVS XL.

¶ tūa quotq̄t studēt placere tibi , & dicāt
fūgiter magnificat Dñs, quotquot cupi
di sunt assequendē salutis tuæ.

18 Quanquā autē pauper ego sum,
& oī auxilio humano deſtitutus,Dñs
tamen curā ſuſcepit mei: quare quum
auxiliū meum & ſeruator meus ſis tu,
oro te mi deus,ne pcrastineris diutius.

Psalmus Dauid XL.

Beatus qui intelligit ſuper egenum.

F Oelix ille, qui non aspernatur af
fictū, quin potius prudēter rem
apud ſe perpendens, ſic cogitat:
cui nunc ab amico Deo immit-
tuntur mala hæc, illum eripiet Dñs ē
malis grauioribus, quæ alios manent.

2 Dominus curam geret illius, & vi
tae pristinę restituet, & diuitem in terra
faciet, nec ſinet eum premi tyrannide
hostium fuorum.

3 Dominus auxiliabitur illi etiam in
cubili ob dolorem decumbenti, quin
& lectum illius totum, angulis vndi-
que ventilatis, in ipſo morbo versabis

Domi

PSALMVS XLI

Domine, vt mollius cubet.

4 Ego in morbo cōuertri me ad te, &
dixi : Dñe misereat te mei, sana animā
meam : languet enim propterea, quod
peccauerim ego in te .

5 Inimici male precabātur mihi , di-
centes : quando tandem morietur, & abo-
lebitur nōmen illius ?

6 Si forte fortuna venit quispiam il-
lorum vt viseret me, loquēbatur fuca-
te , addebat sceleri scelus, lōge aliud ha-
bens in animo q̄ in ore : egressus enim
à me foras , lingua aduersum me suo
more exacuebat.

7 Vnanimiter aduersum me conspi-
rabant quotquot erant osores mei : ad-
uersum , inquam me , à quo læsi nun-
quam fuerant, studiose cogitabāt quo
modo nocere possent mihi .

8 Morbus , inquiūt , grauissimus cor-
ripuit illum , & decumbere tam graui-
ter cœpit , vt nunquā valetudinem pri-
stinam recepturus sit .

9 Quin & vir, cum quo mihi arctiſe-
fima

P S A L M V S X L I I .

fima fuit familiaritas: cui fidebam, qui
& meo viicitabat cibo, sublato pede
velut calce petebat me.

10 Quare tu Dñe horum habita ra-
tione, miserere mei, & erige me, vt illis
quod meriti sunt retribuam.

11 Per hoc cognoui me amari abs te
quod inimicus meus caussam non ha-
beat glorandi aduersum me.

12 Ego enī in simplicitate mea, porri
gente te mihi manū tuā, perfisti: quare
& cōstituisti me eo loco, vt semp̄ ē re-
gione tibi proxime adfuturus sim.

13 Omni laude maior Dñs Deus Is-
raelis: ab æterno fuit, & usq; in æternū
erit, Amen Amen.

¶ Libri primi finis.

Filiorum Corach X L I I .

Quemadmodum desyderat ceruus.

Vomodo ceruus anhelare so-
let ad riuulos aqua plenos,
ita anhelat anima mea vt per-
ueniat ad te.

2 Situit anima mea Deum, Deum
inquā,

Q

PSALMVS XLII.

inquam fortem & valentem, quando
mihi cōtinget ut intromissus ad te aspi-
ciat placido vultu tuo.

3 Fuit mihi fletus pro cibo die & no-
ste, quum dicerent qui insultabant mi-
hi, vbi nunc est Deus ille tuus?

4 In memoriam reuocabā quę olim
patribus pr̄estitisti, & effundebā intra
me animā meam, memeti plūm conso-
lans & futurū sperans, ut liberer aliquā
a malis pr̄äsentibus, & hinc transeam
cū multis, & proficisci carū illis usq; in
domum Dei tali cum gaudio quali fe-
stus dies celebrari solet.

5 Quorsum affligis te o anima mea,
& tumultuaris intra me? spēra bene de
Deo: veniet enim tempus, ut ipse pro-
fusa benignitate eripiat me ex malis me-
is, & ego occasionem habeam laudan-
di, & pro acceptis ab eo beneficijs gra-
tias agendi.

6 Mi Deus, anima mea cruciat sese in-
tra me, nec habeo quo me cōsoler, nisi
recordatione beneficiorū patribus no-
stris

PSALMVS XLII.

Istris exhibitorū iuxta Iordanem , & à
Mitzar vsc̄ ad montem Hermon .

7 Abyssus vna aliā inuitat sono , qua
iem ædere solent cataracte tuæ maxi-
mum : fluctus tui & malorum vndæ
per nos transierunt .

8 Pulsis malorū tenebris in die , Do-
minus decreuit misericorditer agere
nobiscum , quare ne hac quidem tribu-
lationibus plena nocte à laudando il-
lo cessabimus : carmen enim in laudē
illius scriptum , & precatio ad Dcūm
omnipotentem & virę authorem , sem-
per erunt in ore mihi .

9 Persuadet sibi de te , o Deus anima
mea , q̄ instar rupis firmissimē sis mihi
tu : quo usq; ergo obliuisceris mei ? &
quo usq; ego tristis incedere cogar , pro-
pter afflictionem inimici ?

10 Tolerabilius foret mihi , si gladiū
adigerēt in viscera mea , quām impias
contumelias audire ab inimicis meis
dicentibus assidue cum risu ; vbi nunc
est Deus ille tuus ?

Quor

PSALMVS XLIII.

11 Quosum affligis te, o aia mea? &
quosum tumultaberis intra me? be-
ne spera de Deo, fiet enim adhuc ut gra-
tias agam illi pro salute cora ante con-
spectu meum allata ab ipso qui non de-
dignabitur se gerere pro Deo mihi.

Psalmus. XLIII.

Iudica me Deus & discerne.

Iudex meus esto Deus, & litiga
pro me contra gentem nihil mi-
nus quam sanctam, a viro doloso
& iniquo libera me.

2 Tu enim Deus author esse soles oī
modē fortitudinis mihi, quare ergo de-
seruiti me nunc? & viribus destitueristi
me, quo usq; lugēs assidue obambulo
oppressus tyrannide hostis?

3 Immitte lucem tuam & veritatem
tuam, vt ipsa deducant me, & perueni-
re faciant vsque ad montem, quem tua
sanctitas inhabitat, imo vsque in ipsa
penetralia cubiculi tui.

4 Ut perueniam usq; ad altare Dei,
imo usq; ad ipsum deum authorē inenar-
rabilis

PSALMVS XLIII.

tabilis mihi lātitiae, quā & referā inge-
nue acceptā tibi citharæ modulatione
Deus, animo meo charissime Deus.

5 Quorsum maceras te ô aīa mea, &
quorsum tumultuaris intra me? expe-
cta patienter quoad venerit Deus: fu-
turum enim certo scio, vt adhuc laudē
illum q̄ author fuerit mihi oīmodæ,
& ante conspectū meum expositæ fa-
litis, quodq; non fuerit designatus ge-
rere se pro Deo mihi.

Filiorum Corach XLIII.

Deus auribus nostris.

E VS auribus nostris audiūt:
mus: patres enim nostri com-
memorauerūt nobis insignia
illa & digna admiratione ope-
ra, quæ temporibus illorū operatus es,
& tē poribus q̄ illos prēcesserāt, quē ad
modum ipsi illa à patribus suis acce-
rant, bona fide narrauerunt nobis.

2 Tu omnipotentia tua gentes extir-
asti, & patres nostros in loca illarum
inseruisti: plurima mala tu intulisti po-
pulis

XLI.

PSALMVS XLIII.

pullis illis, ut patres nostros in terras il-
lorum introduceres.

3 Palam est enim eos nō suo gladio
conquisuisse terras illas; nec brachio
suo victores euassis, sed dextera tua &
brachiū tuum, & fauor relucēs in vul-
tu tuo hēc illis prēstiterūt nō ob aliud,
q̄ quia libuit tibi benefacere illis.

4 Tu es ille quē merito amo, meus
ille rex Deus, qui dignatus es tā multis
modis benefacere Iacob.

5 Quare, freti tuo auxilio, aduersari-
os vēluti cornu petebamus, freti potē-
tia numinis tui prosternebamus quo-
tūc insurgere audebant in nos.

6 Non enim in meo arcu spem po-
nebam, nec enim meus gladius serua-
re me potuisset.

7 Sed tu victoriam tribuisti nobis
de aduersarijs nostris, & eos qui odio
nos prosequebantur, dedecore affecisti
spe sua frustratos.

8 Quod Deum propitium habueri-
mus, serio exultare consuevimus: qua-

H re ma-

PSALMVS XLIII

re maiestatē nominis tui Domine p̄e-
petuo celebrabimus. Ita fiet.

9 Sed qui fieri potest, vt nunc de-
serueris nos, & ignominia affeceris
nos, nec egrediaris nobiscum, sicut so-
les, in prælium?

10 Coëgisti nos terga præbere hosti-
bus, & præda facti sumus illis, qui
odio habebant nos.

11 Similes nos fecisti ouibus ma-
tationi destinatis, dispersisti nos per exte-
ras & à cultu diuino alienas nationes.

12 Vendidisti populi tuum nulla pe-
cunia, nec obulo vno factus es ditor
ex venditione illorum.

13 Exposuisti nos probro vicinis no-
stris, sublationi & ludibrio fuimus
ijs, qui habitant circum nos.

14 Fecisti nos fabulam ethnicis, mo-
to capite irrident nos populi.

15 Assidue nobis versatur ob oculos
cōtumelia, pudor faciē occupat totam

16 Propter cōtumeliosam insultatīs
nobis vocem & probris nos afficien-
tis: &

P S A L M V S X L I I I .

tis: & propter inimicum qui se gloriātur facultatem naētum, ut nos tanquā dignos malo affligat.

17 Hēc omnia ferre cogimur , quod non obliiti fuerimus tui, vel foedus initum tecum ruperimus.

18 Non enim aliō abs te deflexit cor nostrū , nec declinauit gressus noster à vijs, quas tu ostenderas nobis .

19 Contristi interim nos locis, quābus nō homines sed dracones habitare videntur: contexisti nos caligine tribulationis usq ad mortem .

20 Si obliiti fuissimus noīs dei nostri aut expandissimus manus nostras im-

plorātes opem ab alio , q̄ te Deo vero
21 Si quidpiam tale factum à nobis fuisset, merito Deus pro eiusmodi impietatibus nobis hēc mala immitteret: nunc qui nouit etiam ea, quæ latent in penetralibus cordis , scit nihil in nobis esse tale, & tamen patimur hēc.

22 Propter te enī occidimur assidue, estimamur nō pluris ab ijs qui nos oc

H 3 cidunt,

P S A L M V S X L V .

cidunt , q̄ oues à lanio dū mactat eas.
23 Euigila , quousq; stertere videbe-
ris? expurgiscere , ne perpetuo negle-
cturus videaris nos.

24 Quousq; faciem tuam abscondes
tanquā nullam habeas afflictionis no-
stræ & oppressionis rationem?

25 Prostrati enī sumus vscg in terrā,
& venter noster terræ adh̄ret.

26 Exurge tandem vt auxilieris nobis
& libera'nos , p imēsa benignitate tua.

Filiorū Corach,carmen amo
ris plenissimum. X L V .

Eructauit cor meum.

Rumpit ex corde meo sermo
optimus,quē vnā cum reliquis
opibus meis dēdico regi , & lin-
gua mea nō minus prōpte excē-
pit q̄ illi suggerit animus , q̄ scribit cala-
mo is , qui scribendi est peritissimus.

2 Supra modū formosus es , nec qf-
quā ex posteris Adē conferri tecū vlla
ratione poterit : copiosissima effusa est
gratiositas ī labia tua , vt sit sermo tuus
gratia

V.
nactat rat
ere videtur
ctuo negle
m abhōdes
cōtūcōnōcō
em
q̄inēmā
ren
lōni nobis
gratitudo
n amo
V.
eo sermo
reliquis
g. & lin
opte exo
ndū cale
stimus
s, nec gl
i regū villa
a effusa et
rmō tūs
grana

PSALMVS XLV.

gratia summa conditus: quare & deus
te diuinis muneribus ornatisimū red
didit, quæ nunquam auferentur à te.

3 Accinge gladiū tuum femori tuo
& potentissime: laudem enim & hono
rem magnifice assequeris.

4 Et honorē virtutibus tuis debitū
assequutus, tenta quicqd volueris, pro
sperrime enim cedet tibi, veheris præ
dicatione fidei & mansuetę iustitię de
signabit stupenda dextera diuinitatis
tuę, quę summo tibi cedent honori.

5 Vbi sagittæ tuę vehementer acutæ
penetrauerint corda olim hostiū tuo
rum ô rex, tum nationes variæ sup
plices sient tibi.

6 Solium tuum regium (ô Christe)
Deus hoc seculo stabile erit, & futuro
vsque in perpetuum sceptrum iustitię
erit sc̄eptrum regni tui.

7 Amantissimus es iustitiae, & odio
prosequeris quicquid est ab æquitate
diuersum, quare vnxite Christe De
us, Deus tuus oleo fragrantiore quam

H 3 vllum

PSALMVS XLV.

vllum vnquam sociorum tuorum.

8 Nihil q̄ myrrham, aloen & casiam
spirant omnia vestimenta tua, ex repositorij vestium eburneis deprōpta in
hoc, vt te exhibarent illis.

9 Filie regum aderunt inter reliquas
puellas nobiles, statuetur tibi ad dextrā
cōiuncta ornata auro Ophir optimo.

10 Audi filia, & rē perpende: aurem
tuam prēbe mihi, vt populi tui obliuiscaris & cognatiōis paternae, hortanti.

11 Captus est enim amore insignis ille rex formę tuę: est autē (vt scias) hic
rex Dominus tuus, dignus cui tu in genua prouoluta supplex fias.

12 Et si nuptię processerint, filia Tyri
muneribus amicitiam tecum inire stu
debit: venerabuntur te ditissimi quicq̄
in toto populo.

13 Varius erit ornatus reginæ regis illius, sed non omnium oculis expositus,
animi enim magis erit quam corporis: vestis illius auro intertexta erit
artificiosissime,

Vestit-

PSALMVS XLVI.

14 Vestibus elegantissime variegatis
perducetur ad regē illum, virgines co-
mitabūtur illam: adducitur iam nunc
cum suis virginibus regina tibi, o rex.

15 Perducetur cum gaudio & sum-
ma lātitia penetrabunt vsc̄ in intimū
palatium regis.

16 In locū patrū tuorū succendent filij
tibi, longe prēstantiorēs patribus illis,
quos prēficere poteris vniuersae terræ.

17 Faciam memorabile nomē tuuim
apud posteros oēs, vt celebraturi sint
te usque ad consummationem sēculi,
& in perpetuum.

Filiorum Corach XLVI.

Deus noster refugium & virtus.

Deus fiduciā nobis suppeditat
& robur, vt est illitus mos, sē-
pissime enī auxilio fuisse n̄s, q
in periculis cōstituti fuerāt, de
prehensum est manifestissime.

2 Quare non timebimus, etiā si sub-
uertatur tota terra, & prēcipitētur mō-
tes in medium mare.

H 4 Tumultu

P S A L M V S X L V I .

3 Tumultuentur licet & strepitum
ædant aquæ maris, contremiscat mon-
tes metu maiestatis illius. Ita fiat.

4 Exterritis alijs fluuius amoenissi-
mus in varios diductus riuulos exhib-
itarbit ciuitatem nostram, quæ Deus in-
habitat protector noster: & gratissime
humeabit loca sancta, quæ incolit
sanctissimus ipse.

5 Ipse Deus in medio illius nostræ ci-
uitatis adest assidue, & curat ne vel tan-
tillum cōcutiatur: auxilio veniet quo-
ties opus erit, etiam ante ipsam auro-
ram summo mane.

6 Trepidauerunt gentes, & commo-
ta sunt regna, vocem suam diuine ma-
iestatis tamen plena cōdidit Deus, ut viribus
suis destituta fuerit vniuersa terra.

7 Dominus, in cuius potestate sunt
omnes exercitus, adest nobis: instar fir-
missima basis est nobis Deus Iacob.

Ita res habet.

8 Eia contemplamini quæso opera
Domini, ut videatis, quām admirab-
ilium sunt.

PSALMVS XLVII

tione digna designauerit in terra.

9 Cessare fecit bella pertotū orbem
& omnes angulos illius : arcum con-
fregit, sagittas & lanceas perdidit, cur-
rus bellicos igne exussit.

10 Hæc si diligenter perp̄deritis, ag-
nosceris facile me esse Deum, qui pote-
statem habeam in gentes, & in vniuer-
sam terram.

11 Dominus imperator omnium ex-
ercituum partium est nostrarū, instar
firmissimæ basis, cui tuto inniti possi-
mus, ipse nobis est Deus Iacob.

Ita res habet. Filiorū Corach. 47.

O mnes gentes plaudite.

Votquot vſquā estis populū
plaudite manibus, signa ləti-
tie in honorē Dei ēdite voce
quantū potestis maxīe hilari
2 Dominus enim factus est sublimis
& suspiciendus, constitutus est rex oia
potens super vniuersam terram.

3 Sola prēdicatione Euangeliū subie-
cit populos nobis, à cultu diuino an-

H 5 tea alie-

PSALMVS XLVII

te alienos, populos, inquā, subiectos
fecit, & supplices ad pedes nostros
prouolutos.

4 Elegit in hereditatem nobis florē
principium ipsius Iacob, quē amauit.

Ita res habet.

5 Ascēdit in altū deus, exceptus est cū
iubilo, Dñs ipse cum clangore tubē.

6 Quare psalmis celebrate deum, ite
rum dico celebrate regē hunc nostrū,
atq; iterū absq; cessatione celebrate.

7 Cōstitutus est enī rex oīm, q terrā
incolūt, Deus: quare psalmos in vene-
rationē illius canite, quotquot sapitis.

8 Deus suscepit imperium in gentes,
Deus sedet pro tribunali, sanctitatis suę
specimen æditurus.

9 Principes populorū vltro subdide-
runt sese Deo Abraham: habet enī po-
testatem Deus in fortissimos quosque
totius terræ, & infinitis modis superi-
or factus est omnibus illis.

Filiorū Corach Psal. XLVIII.

Magnus Dñs & laudabilis,

Magni

LVI
PSALMVS XLVIII.

M Agnus fit Dominus, & lauda:
tur merito ab iis, qui ciuita:
tem Dei nostri incolunt, quæ
sita est in monte, quem fan:
ctitas illius inhabitat.

2 Elegans regio, gaudium vniuersæ
terre mons Sion, lateribus expositus
Aquilonis ciuitas regis potentissimi.

3 Deus in palatiis ciuitatis illius sic
notus est, ut ignorari non possit, quin
hoc ab ipso habeant quod stabilia sint

4 Reges ipsi (res mira) consilio ini:
to congregati, & vna ad ciuitatem il:
lam profecti sunt.

5 Quam quum vidissent, animo cō:
turbati sunt, & metu perculsi.

6 Terror inuasit eos ipso in loco, &
dolor qualis mulierē solet parturientē

7 Fracti sunt animo, quomodo tem
pestate ab Orientali plaga exorta con:
fringi solent naues Tharsis.

8 Quemadmodum audiuimus, in:
quiebat, sic rem se habere corā ipsi vi:
dimus in ciuitate Domini in oīa impe:
rium

PSALMVS XLVIII.

rum habentis in ciuitate inquam Dei
omnium nostrum: Deus ipse ciuitatem illam
stabiliet in æternum. Ita fiet.

9 Cum fiducia expectauimus Deus
benignitatem tuam , qui versamur in
medio domus regiae tuæ.

10 Sicut fama nois tui ad extremos
fines terræ peruenit, ita & maiestatis tuæ
laus, iustitia plena est dextera tua: que-
cunq; enim facis, iustissime facis.

11 Gaudebit mons Sion , & exulta-
bunt filii Iudæ, propter iudicia tua.

12 Circuite Sion, & diligenter conte-
plamini eam, numerate turres illius.

13 Adhibete animis ad murum eius,
vt diligenter cognoscatis: conseruare
diligenter, vt quam sint admiratione
digna palatia eius describere possitis,
& relinquere posteris .

14 Profecto hic Deus noster erit De-
us perpetuo & ultra , ipse deducet nos
quocunque profecti fuerimus, usque
ad finem vitæ .

Filiorū Corach Psalmus. XLIX
Audi:

PSALMVS XLIX.

Audite hęc gentes auribus .

A Vdite qđ dicturus sum po-
puli oēs, auribus percipite qđ:
quot inhabitatis orbem .

2 Et plebej , & principes,
vnā diues cum paupere .

3 Os meum loquetur multa sapien-
ter , & cogitatio cordis mei erumpet
in verba prudentia .

4 Adhibeo ad expendendam para-
bolam aurem meam .

5 Cur sollicitus ero de luius vitę bo-
nis, tempore quo viuitur cum miseria
in terra , num vt finis operum meorū
iniquitatis me condemnet?

6 Quorsum multis spem ponunt in
diuitijs, & propter multitudinem diui-
tiarum superbiunt?

7 Nemo enī potest vel fratrē suum,
si velit , liberare yllis opibus à morte,
nec offerre Deo quicquam , quod pro
eius redemptione velit suscipere .

8 Profecto rarissie seruant, q diuitijs
inhiat, & q perit ex eis, peribit ppetuo

Viuet

PSALMVS XLIX.

9 Viuet quidē in eternū, sed sic, vt ne
optatus quidē interitus illi contingat.

10 Quia videbūt quidā mori sapien-
tes, nihil interesse putabūt inter mortē
sapientum & stultorum, quum stulti
& bruti homines non moriantur solit
sicut sapientes, sed post mortem perpe-
tuō intereant, destituti omnibus illis,
quae hic magno studio & animæ detri-
mento congefferant: relinquere enim
ea alijs coguntur.

11 Sepulchra eorū domus ipsis erunt
perpetuo, & cubilia ipsis in generatio-
nem & generationē: quum viuerēt fa-
mē magis, quę ad posteros perueniret,
studiosi quām salutis æternę, nomina
sua īdiderunt terris.

12 Verū fieri nō potest, vt eiusmodi
homo diu in pretio sit: stoliditas enim
illius deprehēdetur, & nō fiet pluris q̄
bestię, quibus se similem fecit.

13 Hic est successus stultitia illorū di-
gnus, sed & posteri illorū, quod ab il-
lis didicerunt, sequentur. Ita fiet.

Sicut

PSALMVS XLIX

14 Sicut oves adducentur ad inferos
vbi pabulum erunt morti perpetuę, et
triumphabit de eis iusti tempore ma-
tutino cū summa gloria : robur enim
impiorum peribit, vbi ad inferos à ma-
gnificis ædibus, quas hic extruxerant,
sublati fuerint.

15 Interim deus liberabit animā meā
ab eo cruciatu qui impios manet: ipse
enim me recipiet ad se. Ita fiet.

16 Ne admireris & metuas, si diues
quis factus fuerit, & si ingens facta fue-
rit gloria domus eius.

17 Quando enim morietur, nihil eo
rum auferet hic secum, nec gloria illa
comitabitur eum.

18 Quia in hac vita beatus sibi visus
est, & alios ad idem vitæ genus horta-
tus est, ut videlicet genio indulgeas, &
exemplo eius bene cures te.

19 Ipse peruenier cū pernicie aīe suę
vsq; ad patres suos, quorū ipietatē imi-
tatus est, s; inuēturus est in densissimis
tenebris nulla ynqua luce illustrandis.

Mise.

PSALMVS I.

20 Miserabilis homuncio quum in
honore propter diuitias esset, nihil in-
tellexit, sed pecudum vitam imitatus,
se se similem fecit illis.

Psalmus Asaph. L.
Deus deorum Dominus loquutus.

Eus iudicū dñs loquutus est,
& cōuocauit oēs qui terrā in-
habitant, ab ortu solis usque
ad occasum.

2 Ex Sion veluti omnis elegantiæ
quadam summa, illustris apparuit.

3 Veniet Deus noster, nec perpetuo
filebit ignis enim vastans precedet ip-
sum, & circa ipsum vento ignis ille ex-
citabitur, ut ardeat vehementius.

4 Aduocabit cœlos desuper & terrā
iudicaturum populum suum.

5 Congregate ad me sanctulos me-
os, inquit Dñs, de quibus tam sum me-
ritus bene, & qui meū inierūt paētū
de sacrificandi ratione.

6 Quod ubi factū fuerit, cœli palam
iustū esse dñm predicabūt: est enim u-
dex ip

P S A L M V S . L .

dex ipse iustissimus . Itares habet .

7 Audi itaq; popule mi & loquar , o
Israel : te ipsum enim testē adhibebo , ne
gare enim nō poteris quin Deus , p̄c̄i
pue autē in tē benignus deus , ego sim .

8 Non te reprehendam , quod sacri-
ficiorum mihi non obtuleris satis : ho-
locaustumata enim tua assidue coram
me prāsto sunt .

9 Putas ne opus mihi fore , vt impe-
trem à domo tua iuuencum aliquem ,
aut ex caulis tuis hircos ?

10 Falleris si hoc putas : meç enim in
numerę sunt illæ ferę , quæ in syluis de-
gunt , pecudes p̄terea , quę errant in
mille montibus .

11 Exacte noui genus omnium ,
quamuis æditissimis montibus nidos
suos collocent , & quicquid animan-
tium v̄squam in v̄llis campis viuit , in
mea est potestate .

12 His oībus ego in primis opus nō
habeo : & si opus haberem & esurire ,
te non orarē vt mihi suppeditares h̄c :

I orbis

P S A L M V S . L .

orbis enim totus est meus, & quicquid
toto orbe (quantumvis varium sit) co-
tinetur, meum est.

13 An quisquā vestrum est rā stultus
vt putet me taurorū carnibus vicitare
aut sanguinem hircorum potitare?

14 Offer deo quisquis illi placere stu-
des animi gratitudinē, & facile altissi-
mo grata erūt qualiacūq; fuerint sacrificia
tua reliqua, q; re oblaturū vōisfū.

15 Et si tum imploraueris auxilium
meum tempore afflictionis, sic eripiā
te ē malis, vt grātas mihi magnifice
habiturus sis.

16 Ad impiū autē dixit deus, qua frō
te tu verbis enumeras cōstitutiōes me-
as, & pactū meum quod pepigi cū sap-
ctis vel nominare audebis tu?

17 Quum odio habeas oēm rectam
ad inonitionem, & abieceris verba mea
post tergū tuum, & ex animo deleuc-
ris, licet extremis labris ea crepes.

18 Si enī furē vsquā vidisti illi te ad-
iunxitū, & fieri fuit particeps cupiebas
& so-

PSALMVS L.

& socius factus es illorum, qui alienas
stuprare solent vxores.

19 Os tuum assuefecisti ad maledicē
tiam, & lingua tua cōcinnabit dolum

20 Conaberis fratrē tuum maledi-
centia perdere, & filium matris tuæ fa-
cere infamem nitebaris.

21 Hęc fecisti: & quia ego ad tē pus
dissimulavi, putabas me simile tibi ho-
minē stolidū, sed castigabo te, & dispo-
nā ante oculos tuos ordīe flagitia tua.

22 Intellige hoc tandem quod dico,
apud quos in obliuionē venit Deus,
ne forte rapiam, & nō sit qui eripiat.

23 Quicūq; mihi animi offert grati-
tudinē, is me vere honorat, & recta it
ad me, cui ego ostendam felicitatem
plane diuinam, qua illum faciam per-
petuo beatum.

Psalmus David, quum venisset ad
eum Nathan propheta, propterea
quod rem habuisset cum Bersabea

Psalmus LI.

Miserere mei Deus secundum,

I 2 Miscreat

PSALMVS LI.

Misereat te mei ô Deus, pro ge-
nuina benignitate tua : pro
immenſa clementia tua , de-
le flagitia mea .

2 Iterum atque iterum lauando elue
iniquitatem meam , & à peccato meo
purum redde me .

3 Scelera enim mea agnoui reuersus
ad me , & peccatum meum assidue ob-
oculos versatur mihi .

4 In te , in solum te peccavi , & abo-
minabile scelus hoc admisi , non reue-
ritus conspectū tuum : quare si hāc ini-
quitatem mihi condonaueris , & pro-
missa seruaueris perfido mihi , merito
æquissimus iudicaberis , & in seruan-
dis promissis constantissimus , & in
damnandis illis qui refipiscere nolunt ,
iustissimus .

5 Profecto nō ignoras , quātū ad me
attinet , iniquitatē mihi esse veluti ge-
nuinā , & matrē meā peccato obnoxia
fuisse in ipso calore cōceptionis meæ .

6 Quanquam ergo vitiatē carnis im-
pulsu

PSALMVS LI.

pulsu fœdissime lapsus sum , tu fidem
tamen & candore , qui in penetralibus
pectoris situs est , maxime amare soles
a quo non oīno sum alienus : nō enim
tam malitia hoc celus admisi , q̄ cōcu-
piscentia viētus : quare iterū occultis in
spirationibus docere me solidā sapien-
tiam (sicut soles) non dēsignaberis .

7 Si ergo expiatier is celus hoc mē
hyssopo , veluti cōsummata expiatiōe
purus ero : et si elueris maculā hāc me-
am , ipsa iterum niue albior fiam .

8 Vbi exhilaraueris me gaudio &
solita lāetitia , tum exultabūt ossa mea ,
quē vulneraueras tu .

9 Auerte q̄so faciē tuā a pētis meis ,
& vniuersas iniquitates meas dele .

10 Fac purū sit cor meum intra me &
Deus , & spiritui illum stabilem reno-
ua in corde meo .

11 Ne destituas me solito fauore tuo
nec sp̄m illū iſigniter sc̄m auferas a me

12 Quin potius restitue mihi gaudiū
q̄d de salute mihi per te p̄fstanta con-

I 3 cepi , &

PSALMVS LI.

cepit, & principe illo spiritu munis me.

13 Hoc vbi præstiteris mihi, ego docebo peccatores quibus vijs perueniatur ad te, & peccatis grauati meo exemplo reuertentur ad te.

14 Libera me ab homicidio qd commisi Deus, o Deus author salutis meæ, vt cum gaudio cantet lingua mea insiginem illam iustitiam tuam.

15 Aperi Dñe labia mea, vt os mell prædicet laudes tuas.

16 Externis sacrificijs, etiā si plurima offerre coner, nō placaberis, neq; hostia quæ altari imponitur, delectaberis.

17 Sed sacrificia, quibus placat deus ea sunt, animus pœnitentia fractus, & cor dolore cōcussum & vulneratum: hec à quoq; offerentur tibi o Deus, despicer nunquam poteris.

18 Vtere qeuso solita benignitate tua erga Siō, vt extruas muros Hierusalē.

19 Tum grata tibi erūt sacrificia, q; signa sunt iustitie internæ, oblatio videbitur quæuis, & holocaustum tunc rite

sacrifi

PSALMVS LII.

sacrificaturi imponent super altare tu,
un vitulos.

psius Dauid , quando venit Doeg
Idumæus , & commonefecit Saul ,
dicens : Peruenit Dauid in domum
Abimelech .

L II.

Quid gloriaris in malitia .

Vid gloriaris , & multa posse
te putas per malitiam ? an igno-
ras sua clementia omnipo-
tentem Deum adesse bonis
omni tempore ?

1. Sermonē pestilentē suppeditat sce-
leratus animus lingue tuę , q̄ simillima
est nouacula acutę : quū ad resecandā
barbā adhibira , aberrat & iugulū perit

2. Amasti malitiam magis q̄ probita-
tem , & mendacium magis q̄ loqui id
quod verum est . Ita res habet .

3. Amasti oīs generis imposturas , vt
illis subuertas innoxias , & linguā ha-
bes nil nisi fraudes edoctam .

4. Quare omnipotens Deus subuer-
tet te , perdet te , extrahet te ē tabernacu-

I 4 10,8c

PSALMVS LII.

Io, & radicitus euellet te de terra viuen-
tium . Ita fiet .

6 Videbunt iusti , & venerabunur
Deum : te autem cum stultis conati-
bus tuis ridebunt .

7 Dicent enim , ecce hic ille est vir ,
nō beneficio Dei fortis esse cupiuit , sed
fiduciam habuit in diuinijs , & sceler-
bus potentiam affectauit .

8 Ego interim similis ero oleæ virei
ti , idq; in domo dei spem enim mean-
posui in misericordia Dei , quam nul-
lo vnquam tempore deponam .

9 Laudibus effera te , quia fecisti hoc
& patienter expectabo clementiam q;
respondet ipsi nomini tuo , apud san-
ctos tuos gratiosissimo .

Ipsius Dauid . LIII.
Dixit insipiens in corde suo .
Persuasum habet animo suo sto-
pidus , nullum esse Deum , corru-
perunt & abominabiles fecerūt
se , nec quisquam est ex omni-
bus qui faciat bene .

Deus

PSALMVS LIII.

2 Deus ē cœlo prospexit, & contem-
platus est posteros Adæ , vt videat
num sit prudens quispiam , qui stu-
deat placere Deo .

3 Singuli defecerunt,vnā omnes ab
ominabiles facti sunt,nec est qui faciat
bene,ne vñus quidem.

4 Ignorare ne potuerūt scelerati illi,
qui deuorant plebeculam meam, non
aliter quam deuorari solet frustum pa-
nis,non hoc licete illis,nihil ne vñquā
de Deo legerunt?

5 Quare pauebunt etiam vbi pauo-
re non erit opus, Deus enim disperdet
ossa illorum , qui exercitum educere
conabuntur (o Christe) aduersum te-
pudore afficies eos & infamia , Deus
enim spreuit eos.

6 Vtinam Dominus proferat ē Sion
omniamodā illam salutem Israeli pro-
missam : quod fiet quando Dominus
populum suum liberabit ē captiuita-
te , tunc exultabit serio Iacob , & lēta-
bitur Israel .

I ; Quum

PSALMVS LIII

Quū venissent Ziphei, & dixissent
Saul, nonne Dauid occultat se, &
latibula habet apud nos?

Dauid LIII.

Deus in nomine tuo saluum me fac,

Eus pro maiestate nois tuiser
ua me, & quum potestatē ab:
unde habeas, vlciscere iniu:
riam illatam mihi.

2 Deus audi precationem meam, au:
tes prēbe verbis oris mei.

3 Quia etiā alienigenę insurrexerunt
aduersum me, & hoies s̄equi magno stu:
dio conati sunt p̄dere me, nō habita v̄l
la ratione tui, o Deus. Ita res habet.

4 Verum quia Deus auxilio est mi:
hi, & Dñs ē numero est eorum, qui tu:
tantur animam meam.

5 Ipse retorquebit malū qđ mihi pa:
rant, in eos ipsos, qui iniuria afficiunt
me: ergo p̄ bona queso fide tua in ser:
uandis promissis, subuerte illos.

6 Liberaliter sacrificia offerā tibi, lau:
dibus efferā nomen tuum Domine:
bonum

PSALMVS LV.

Bonum est enim & grātiosum.

7 Eripuit enī me ex oī angustia , &
eius beneficio vidiſ oculus meus,qua:
lia quisq; vellet in capitalib; inimicis
suis. Ipsius Dauid. LV.

Exaudi Deus orationem meam.

A Vres prebe, ô Deus, precatio:
ni meæ, & ne auerteris queso
preces meas.

2 Accōmoda te mihi, & ex
audi me, turbatus sum enim: & prē dō
lore moueo me nunc huc , nunc illuc,
& inter orandum conturbor .

3 Propter minas inimici, & sequitiam
imp̄i, q; impingere mihi conabat̄ in
quitatē, & irati ifurgere aduersum me.

4 Cor meum trepidauit intra me, &
terrificulamēta mortis corruerūt me.

5 Timor & tremor inuaserūt me, &
circundedit me vndiq; pauor.

6 Quare dixi apud me, vtinā dentur
mihi alae sicut datae sunt columbæ: vt
auolare mihi licet, & alium in locum
commigrare tuiorem.

Certe

PSALMVS LV.

7 Certe procul hinc aufugerē , & in locis penitus desertis habitarē potius,
q̄ inter hos impios . Ita r̄es habet.

8 Festinarē fuga saluti meę cōsulere,
& subducere me à periculo v̄eti uehe-
mentis , & tempestatis .

9 Perde Dñe , & finde linguas eorū:
scelere enim & seditione plenam of-
fendi ciuitatem illam .

10 Die ac nocte cingēt hęc ciuitatem
illam , non aliter quām mānia ipsa ci-
uitatem solent : iniquitas & oppressio
regnant in illa .

11 Nullū sceleris genus nō regnat in
medio ciuitatis illius , nec vlla platea
ab impostura & dolo immunitis est .

12 Nō enī ex professo inimicus pro-
bro affecit me , tolerabile eset illud : ne-
que palam hostis erexit sese aduersum
me , cuius vitare potuisse cōsortium .

13 Sed tu homo quem prefeci rebus
meis , qui & veluti dux fuisti mihi , &
arctissima familiaritate coniunctus .

14 Mutuo enī & suauiter secreta no-
stra

P S A L M V S L V.

stra cōmunicauimus, & in domo Dei
versati sumus concorditer.

15 Inferet Deus mortem de improvi-
so illis, descendent ad inferos viui, re-
gnant enim nequitiae in tabernaculis
illorum, imò in ipsis penetralibus cor-
dium illorum.

16 Ego vero contra horum insidias
Dei auxilium implorabo, nec Domi-
nus deditabitur succurrere mihi.

17 Vespere, mane, & ipso meridi-
precabor, & sollicitus ero quoad vo-
cem meam audierit.

18 Restituet pacem animae meę, &
liberabit eam a pręiantibus cōtra me,
quamuis plurimi sint, qui vndiq; op-
pugnant me.

19 Audiet Deus, & supplicii de illis
sumet is, qui minis illorū nihil cōmo-
uetur, sed sedet tranquillus & immu-
tatus perpetuo: Ita res habet. illi in-
terim dignissimi sunt qui pereant, nun-
quā enī sceleratum vitę genus muta-
bunt, nec Deum reuerebūtur vñquā.

Iniecī

PSALMVS LV.

20 Iniecit manū violentam in eum,
cum quo pacem simulauerat, amicitię
yinculo turpiter rupto.

21 Blandius fecit quisque eorum os
suum lacte, quum tamen prēlum in-
stituerent in aō : gratiosiores visi sunt
sermones eorum quo quis vnguento,
quum re ipsa essent gladij.

22 Rejice in dominum sarcinam tu
am, nec dubita quin ipse perfecturus
tibi sit omnia : qui nunquam sinet ob-
rui iustum.

23 Tu interim dñe prēcipitabis illos
in puteum interitus: viri enī sanguina-
rij & fraudulenti nō peruenient ad di-
midium vitæ : quare ego spem meam
omnem collocabo in te.

Præfecto musices de columba mu-
ta, quæ procul auolauerat. Ipsius
David Michtan, quo tēpore cōpre-
henderunt ipsum Philistēi in Gad.

Psalmus LVI.

Miserere mei Deus, quoniam.

Miser-

PSALMVS LVI.

Miserere mei Deus, conculcare
enim conatus est me homo,
qui assidue oppugnans vehe-
menter affigit me.

2 Cōculcare conātur me hostes mēi
in tēpore , qui & plurimi sunt, & aīo
hostili persquuntur me o altissime .

3 Quocūq; tempore timor inuaserit
me, ego ad te configiam, nihil dubitās
quin liberatus sis me à malis.

4 Fretus benignitate dci, boni cōsulā
quidqd ab illo imittis mihi, in deo po-
sui fiduciā mēam; quare nō timebo qd
quid moliaatur aduersum me caro.

5 Ipsi assidue quicquid vel dicerē vel
facerē, calumniabāt, siudebant mē
dis omnibus nocere mihi.

6 Conspirabāt & insidiabāt ipsi et
yesigia mea obseruabāt, studiose hoc
agentes, vt cap iantanimam mēam.

7 Erat ne hæc iniquitas spunita illis?
nequaquā: Sed vēluti iratus (quāuis tā
sunt multi, vt populos æquare numer-
ro possent) prēcipitatib⁹ eos Deus.

Q̄ s

PSALMVS LVII.

8 Quod sequitur sepe fugere conpulsus fuerim,
tu diligenter numerasti: collige quaso so
lachrymas meas, & infunde in utrem
tuum, vt videas quod sunt multa, imo in
libro rationum tuarum scribe eas.

9 Tandem in fug*a* conuertetur inimi
ci mei: quod cunque tempore implorauero au
xilium, futurum scio vt Deus adsit mihi

10 Quare fretus benignitate Dci, bo
ni consilii quicquid accidit mihi. fretus
in qua benignitate Domini, ex quo ani
mo feram quicquid eueniat mihi.

11 Deo totum me concredidi, quare
non metuam quicquid moliatur ad
uersum me homo.

12 Constitui apud me o deus sacrificia
quod vouera offerre tibi, que sic persolua,
vt accepta referam mea omnia tibi.

13 Eripuisti enim me e fauibus mor
tis certo certius, pedes meos tu continui
sti ne laberentur, & vires suppeditasti,
vt possim ambulare coram te mi Deus,
illustratus lumine quo solent qui
vivunt perpetuo.

Præf

PSALMVS LVII.

Prefecto musices, ne perdas, David
Michtā, quo tempore fugiebat me:
tu Saulis in speluncam.

Psalmus LVII.

Miserere mei, miserere mei.

Miserere mei Deus, misericere
mei: de te enī pendet anima
mea, protegar queso sub vmbra
alarum tuarum, quoad
præterierit scelerum colluuius.

2 Implorabo auxilium Dei altissimi
Dei illius q̄ perficiet q̄ cœpit in me.

3 Demisit ē summo cœlo qui eripiat
me, & infamē faciateum, qui cōculcāt
re conatur me: Ita fieri demittet, in
quā, Deus pro benignitate & fide sua
aliquem ex alto, qui liberet me.

4 Versari cogor inter leones potius
q̄ hoies, & dormire inter furiosos, &
hoies quorū dentes similes sunt lâceis
& sagittis, & lingua gladio acuro.

5 Conspicuus appare ē cœlo Deus,
& per vniuersam terrā appareat quan-
ta sit maiestas tua.

K Rete

PSALMVS LVII.

6 Rete expanderūt pedibus meis, tā
tum nō irretitus fui illo, foderūt soue-
am in via per quā iturus eram, sed ipsi
corruerūt in eandē illam, quā foderāt
in perniciem meam. Ita factū est.

7 Oprime animatus sum deus, opti-
me, inquam, animatus sum, quare &
voce cantabo, & musicis instrumentis
psalmos modulabor.

8 Experciscere o anima mea, exper-
giscere, & profer te nablum & cithara
vt modulatione suavi vel ipsam exci-
tem auroram.

9 Palam gratias agam tibi in frequē-
tia populi Dñe, cantabo laudes tuas,
etiam apud hominū variarum natio-
num multitudinem maximam.

10 Tam enim grandis misericordia
tua, vt ad ccelos vīq; pertingat, & ma-
ior sit q; distantia hinc ad nubes, tua in
seruandis promissis constantia.

11 Conspicuus appare ē ccelo Deus,
& per vniuersam terram fac appareat,
quanta sit maiestas tua.

Ipfius

PSALMVS LVIII.

Ipsius Dauid . LVIII.

Si vere vtiq; iustitiam loqui.

ITa ne res habet, vt vos quibus p-
vincia iudicandi recte mandata est
iustitiā loquamini , & q̄ iusta sunt
iudicetis vos posteri Adæ?

2 Nihil profecto facitis minus , quū
scelera aio struatis potestatem nacti in
terra , quāuis iniuritatē manus vestræ
pro æquitate venditēt, tanquā iusta sta-
tera vos omnia expendatis.

3 Aberrauerūt, ab eo quod rectū est,
īmpij à tempore quo primū æditi fue-
runt in lucem, errare cœperunt, ab vte-
ro matriſ loquentes fucata.

4 Venenū eorū simile est veneno ser-
pentis, & callidissimē aspidis vltro ob-
surdescentis & obturantis aurē suam.

5 Ut non cogatur audire vocem eo-
rum qui murmurē suaui fallere illām
conantur, etiam si incantandi artibus
sint instructissimi .

6 Deus comminue dentes eorum in
tra os eorum, dentes molares eorum,

K z quibus

P S A L M V S . L V I I I .
quibus leonis catulis similes sunt, con-
fringe Domine .

7 Diffluant sicut aquæ natura labiles
sagittæ quas iaculantur inter volandū
confringantur .

8 Similes siat limaci, qui inter repen-
dum colliqueat, & abortiuo, vel tal-
pæ, que non videt solem .

9 Priusquam crescent spinc vestre o-
impij in rhamnum, in flore ætatis ve-
luti iratus Dominus subuertet eum, q
dux est yester vna vobisum .

10 Gaudebit iustus ubi viderit vi-
dictam , pedes suos madefaciet san-
guine impij .

11 Et dicet quisquis viderit, utiq fru-
ctum afferet iusto iustitia sua, utiq est
Deus iudex eorum, que fiunt in terra .

Præfecto musices, ne perdas, David
Michtā, quum misisset Saul, qui ob-
seruarent domum eius, ut occideret
eum . L I X .

Exige me de iuris meis .
Libe-

PSALMVS LIX.

LIbera me ab inimicis meis , mi
Deus , & contra illos qui insur-
gunt aduersum me , defende
quæso me .

2 Libera me ab hoībus sceleratis , &
contra sanguinarios tutare me .

3 Ea enim est illorū hoīm improbi-
tas , ut mihi insonti infidias struxerint ,
& cōspirauerint aduersum me feroces
quos ego nunquam vlla affeci iniuria
nec peccati quicquam in eos admisi .

4 Quamuis nullare lēsi sint à me , tñ
currūt vt noceat mihi , & summo stu-
dio conantur perdere me : exurge Dñe
in occursum mihi , & vide horū insanā

5 Tu ergo Dñe , quū Deus sis , & im-
perium habeas in omnes exercitus , &
Deus sis populi Israelitici , exurge vt
visites vniuersas gentes , nec misereat
te eorum , qui sunt in militia obdurati .

Ita fiat .

6 Reuertentur ad vesperam , obla-
trabunt tanquam canes , & ciuitatem
circuibunt .

K 3 Res mi

PSALMVS LIX.

7 Res mira profecto, ore & labijs suis gladios loquuntur, nec tamen quenquam esse putant qui audiat.

8 Sed tu Dñe ridebis conatus eorum, & subsannabis consilia gentium oim.

9 Viribus illius aduerlarij mei ego te opponam, qui protector meus es Deus.

10 Deus pro sua benignitate muniet me, priusquam illi insultum facere possint in me: & ostendet mihi in hostibus meis, qualia videre vellet quisquam in suis.

11 Ne occideris subito eos Dñe, ne penitus in obliuionem veniat haec vltio tua populo meo: sed vagari cogem illos de loco ad locum, fortitudine tua prosterne illos tu, qui fortitudo es nostra Domine.

12 Peccatum oris illorum, & sermo labiorum illorum merent, ut ipsi illis eisdem fastuosis verbis capiant abominationes enim & mendacia crepabunt assidue.

13 Fine impone iratus execrationibus illorum, sic fine impone, ut nullae sint amplius reliquie, & sciant tandem Deum esse, qui im

PSALMVS LIX

qui imperium habeat in Iacob , cuius posteri nō angustis (quemadmodū solent) limitibus cōtinentur , sed oēs anē gulos terre cōpleuerūt. Ita res habet

14 Cōuerent̄ sub vesperā latrabunt tanquā canes , & circuibunt ciuitatem.

15 Ipsū discurrent de loco ad locū , vt cōparēt victū sibi : & quia nō famelici inuenient quo saturentur , cubabunt.

16 Ego vero cantabo fortitudinem tuam cū exultatione summo mane cā tabo benignitatē tuam: fuisti enī protec̄tor mihi , & refugium quo tēpore periclitabar inter hostes meos.

17 Quiquid in me est roboris , tibi cantando acceptū ferā : tu enī , o Deus , ptectio mea es , & tu Deus author mīhi es eius boni , quod in me est.

Quum bellum gereret cum Meso-
potamiam incolentibus Syriis , &
cum ihs , qui Zaban inhabitant , quo
tempore reuersus Ioab percusserat
ex Idumæorum exercitu , in valle

K 4 Melech

P S A L M V S L X.

Melech duodecim milia . L X.

Deus repulisti nos & de.

DEUS qui auxilio tuo destitue:
ras nos , & disperseras nos pro:
pterea quod iratus fueras no:
bis : nunc tandem ira deposita,
ta , redi ad nos .

2 Commouisti grauiter terrā , & ve:
lutihiare fecisti eam : refice nunc tandē
fissuras illius , vacillat enim .

3 Exhibuisti populo tuo spectacula
durissima : potassii nos vino , nō qd bi:
bētes exhibaret , sed mōstissimos faciat

4 Dabis ijs qui reuerentur te vexil:
lum , vt erigant illud contra hostes su:
os : & viso eo in fugam conuertantur ,
hoc enim facturum te pollicitus es .

Ita res habet .

5 Ut eripiantur ē periculis amici tui ,
tu dextera tua victoriam adfer , & re:
ponde votis nostris .

6 Deus promisit per spiritū sanctum
suum hēc se facturum : quare ego serio
exultabo , diuisurus enī sum pro meo
arb.tra

LX.
PSALMVS LX.

arbitratu Secheem, & vallem Succoth
tanquam meam dimetiar.

7 Ad me pertinebit Galaad, meus est
Manasses, Ephraim fortitudo capitis
mei, Iuda a consilijs & dux meus.

8 Moab olla ablutionis mihi, vsq; in
Idumæam proferā calceum meum &
seruitut i subiçiam, Philistæa, si sapis,
ambiam amicitiam meam.

9 Quis perducet me vsque in ciuitatē
munitam? quis me perducet vs-
que in Idumæam?

10 Nōne tu deus q auxilio tuo lōgo
nos tēpore destitueras? nōne tu Deus
nūc egredieris in prælīum nobiscū, &
dux eris exercituum nostrorum?

11 Tu robur tribue nobis ad pellen-
da pericula: vana est enī salus, quę ex-
pectatur ab homine.

12 Auxilio Dei designabimus fortia,
& ipse conculabit vniuersos, qui op-
primere conabuntur nos.

Ipsius Dauid. LXI.
Exaudi Deus deprecationem.

K 5 Audi

PSALMVS LXI

Vdi Deus clamorē meū, p̄q;
be aurē tuam precationi mee
A 2 E terra q̄ longissimo tra-
ctu à cęlo dissider, ad quę cla-
mabo: & in anxietate animi constitu-
tus orabo, vt veluti in rupem, ad quā
viribus meis pertingere non potero,
perducas me.

3 Tu enī semp̄ spes mea fuisti, & in-
star turris munitissimę contra hostem.

4 Quare & habitabo in tabernaculo
tuo s̄eculis infinitis, & tutus ero sub
vmbra alarum tuarum. Ita fiet.

5 Tu enim deus exaudisti vota mea
& dedisti omnia, quibus opus habent
in qui colunt nomen tuum.

6 Annos addes annis regis, quare an-
ni vita illius erunt, non quales esse fo-
lent reliquorum hominum, sed gene-
rationum infinitarum.

7 Vt securus sedeat rex ille perpetuo
in conspectu Dei, benignitatē & stabilitatē
para illi, vt ea ferucent illum.

8 Sic fiet vt cantē nomen tuū perpe-
tuo,

PSALMVS LXII.

tuo, & q̄ youerā vota persoluā assidue.

Psalmus Dauid. LXII.

Nonne Deo subiecta.

M Erito Deum patienter expes-
stat anima mea , ab ipso enī
proueniet salus mihi.

2 Ipse enim est instar rupis
mihi, salus mea, firmamentum meum,
quare nunquā inquietabor multum.

3 Quousq; hoīes insani perdere co-
nabimini eum, qui charus est deo: ig-
nari q; ipsi mox subuertemini , q; iam
nunc similes estis parieti ruinā minan-
ti, & sepi tantum non collapse.

4 Causa certe odij in virū illum ea
fuit p̄cipua, quod videbant illum au-
xilio Dei crescere , hoc vt impedirent
stulti , initio consilio sane ridiculo sub-
uertere illum conabātur, & quasi falli
posset Deus, ore suo blandiebantur illi
quum animo vellent pessime .

5 Verum tu Deum patienter expes-
sta o anima mea : ipse enim tutabitur
te contra horum insidias , & salutem
quum

PSALMVS LXII.

Quum expectas, adferet tibi.

6 Certo enim certius ipse est mihi
instar rupis inaccessæ hostibus meis, sa-
lus mea, firmamentum meum: quare
nunquam loco meo mouebor.

7 In Deo est salus mea, gloria mea,
rupes fortissima ipse est mihi, & spes
mea sita est in eo.

8 Fidite illi omni tempore quicquid
acciderit vobis, & quotquot vsquam
estis populi effundite corda vestra, &
oia cœilia veluti in sinum illius: quod
si feceritis, sentieris Deum nobis omni-
bus adfuturis, & tutaturum nos contra
omnium insidias. Ita res habet.

9 Videte ne spem vestram in vlo ho-
mine ponatis: sunt enim ipsissima va-
nitate vaniores tam plebei q̄ principes
quod palam fieret, si apprehenderetur
in bilance cū ipsa vanitate plus enī pō-
deris inesse deprehēderetur vanitati ip-
si, quam omnibus illis in altum, tam-
que re levissima sublatis.

10 Quare fidere nolite opibus rapí-
na par-

PSALMVS LXIII.

na partis, neque ob vires quibus nunc
alij fortiores videmini, ad stultitiam
vsḡ vobis placueritis: quin potius dī:
uitiae absque iniustitia parte, si copiose
adfuerint, nolite vos aio illis affigere.

II Vnum quiddā loquutus est Deus,
sed s̄pē numero illud audiui, solum
Deum esse qui possit omnia, & te Do:
minū natura clementissimū: quare &
malos male perdere potes, & tuos pro
tua clemētia perpetuo facere fōlices.

Psalmus David, quum esset ipse in
deserto Iudee. LXIII.

Deus deus meus ad te.

D Eus, potētissimus m̄hi Deus
es tu, quare summo studio
mane queram te: si ruit enim
caro mea in terra hac deserta, & pros:
pter inopiam aquæ, perpetuae siccita:
tis damnata.

2 Non aliter q̄ terra hēc aquam defy:
derat, ego te in loco sanctitati tuę desti:
nato videre concupiui, & contempla:
ri po

PSALMVS LXIII.

71 potentiam & maiestateim tuam .

3 Melior est enī benignitas,qua tuos
sequeris, ipsa hac corporis vita, quare
labia mea nunquā desinēt laudare te.

4 Hic mihi erit mos agēdi gratias tū
bi, vt cū veneratione noīs tū ad oīa, q
factus sum, manus admoueam.

5 Nō aliter q̄ si adipe & pinguedine
veluti delicatissimis cibis, tum sagina:
bit aīa mea , quū labijs exultatiōe ple:
nissimis laudes tuas decātabit os meū.

6 Quotiescūq; memor factus fuero
tui, etiam in lecto, quacūq; noctis vigi:
lia, animo cum gratiarū actione te vol
uam atque reuoluam.

7 Fūsti enim auxilio sēpissime mihi
quare veluti vmbra alariū tuarū conte:
ctus, securus posthac exultabo.

8 Qyum cuperet adhērere & nō dī:
uellī abs te anima mea, tu apprehendi:
sti me manu tua, & iunxit me tibi.

9 Illi autē aduersarij mei perdere stu:
dent me, verū ipsi citius in infima terre
loca detrudentur.

Vbi

XIII.

PSALMVS LXIII.

10 Vbi enim qui dux fuit illorū pro-
scindent acie gladij, dabuntur in prēdā
sanguinarijs feris.

11 Ipse autē rex serio gaudebit se de-
um habere propitiū, gloriabitur quis-
quis iurauerit in verba illius: obturabi-
tur vero os illorū, qui iactant inania.

Psalmus David L X I I I .

Exaudi Deus orationem meam.

A Vdi Deus, vocē cōmemora-
tiōis calamitatū mearū, vt cō-
tra inīas, qbus hostis terret
me, tuearis vitam meam.

2 Abscōde me à multitudine prauo-
rum secreto cōsultantiū aduersum me
& à conspiratione sceleratorum.

3 Qui exacuerūt non aliter q̄ exacui-
solent gladij, linguaſ suas: sagittis, qui-
bus hostes capitales peri solent, similis
factus est virulentus sermo illorum.

4 Ut eo petant ex insidijs infontem,
de improviso iaculis suis petent eum,
nec metuent futurum, vt quisquam re-
sciscat hæc & vindicet.

Animo

PSALMVS LXIII.

5 Animo obfitmato constituerūt in-
ter se rem perpetrare execrabilē: post
multa vltro citroq; habita verba, ab-
scondere decreuerunt laqueos ea arte,
vt neminem fraudem illam deprehē-
surum sibi p̄suaserint.

6 Excogitauerūt varios nocēdi mo-
dos: absoluēunt consilia sua, & in vnl
contulerūt quicquid vlla diligentia ex-
cogitai i potuit ab animo humano eti-
am summa prudentia prædicto.

7 Verum hæc omnia aduersus Deū
nihil faciunt: quin potius ille iaculabī-
tur in eos sagittas de improviso: varijs
vulneribus conficiet eos.

8 Et exprobrauerūt hēc vidētes ean-
dem eis illam linguam virulentā, qui
ipſi in alios exaceruerunt: attoniti facti
sunt propter subitum illorum casum,
quotquot aderant spectatores.

9 Admirabūt quicunq; videbunt,
& cōmemorabunt opus hoc dei alijs
qui & alia eius opera hoc exēplo do-
cti maiore prudentia expedent.

Gau.

PSALMVS LXV.

10 Gaudebit iustus quod propinum
habeat Dñm: securus enim erit prote-
ctione illius, & gloriabitur quotquot
candido sunt pectore .

Psalmus Dauid. LXV.

T e decet hymnus Deus.

TE manet laus, q deus es in Siō,
& tibi persoluetur votum .

2 Propterea quod tu audis
preces supplicū, ad te oīs gene-
ris hoīes quantiuīs carnales cōfluent,
3 Grauiissimæ iniquitates nostræ su-
perauerunt vires cuiusque nostrum:
quare pro peccatis nostris vt ipse tu fa-
tisfacias, necesse est.

4 Felix modis oībus ille, quē tu ele-
geris & tibi propinquum feceris: habē-
bit enim ille in atrijs tuis, & nos vna
perfruemur elegantia domus tuæ , &
sanctimonia regij palatiij tui .

5 Dictu mirabile, quum simus pecca-
tores, tanquam iustos exaudies nos
Deus, author salutis nostræ , qui spes
omnium finium es terræ, & maris ex-

L tremas

P S A L M V S L X V .

tremas oras incolentium .

• Deus est , qui sua propria potentia
stabiles facit montes , qui omni ex par-
te cinctus est robore , & modis omni-
bus omnipotens .

7 Qui quoties vult , cōpescit tempe-
statem qua exagitātur maria , & qualse-
se attollunt vasti fluctus illorum , & tu
multū quantumuis multorū populo-
rum , ipse sedat quum vult .

8 Cum veneratione timebunt , quot
quot habitant vllis in angulis terrae à
signis tuis coelestibus , & illorum ma-
tutino exortu & yespertino occasu ex
hilarabis eos .

9 Inuisisti ipsam terrā , & irrigasti eā ,
& varijs modis ditaſti eam : diuersa enī
illa flumina benignitate tua ô deus , ple-
na erūt aquis , & curabis ut copioſe pro-
ueniat ē terra pabulū illis , qui degunt
in ea : uber enim terrae prouentus pro-
prius est ornatus eius .

10 Quare fulcos eius humecta , & gle-
bas eius occa , ibribus molle redde eā .

Tan

PSALMVS LXVI.

11 Tanquā corona exornasti annū
pro benignitate tua, quacūq; iueris, ap-
parebunt in vestigijs tuis signa fertili-
tatis maximæ : quin & habitacula de-
serti vbertate p̄fſſuentur, & colles lae-
tissimo gramine exornabis.

12 Vestient gramine p̄ſſua gregem
& valles abundantes frumento exhila-
rabunt ſeſe, & cantillabunt.

Psalmus LXVI.

Iubilate Deo omnis terra,

Aetitiae signa ædite in honore

Dei, quotquot terram incolitis.

L 2 Cantate maiestatem nōmi-
nis eius, palam facite quām fit
magnifica dignus laude.

3 Dicte de Deo, qui ſuſciendus es
propter operā tua magnitudine poten-
tiae tuæ mendaces palam deprehēden-
tur fuſſe in te hostes, qui diuinitatem
non tribuebant tibi.

4 Vniuersa terra adorabit te, & psal-
mos cantabit in laudē tuā, carminibus
celebre faciet nomen tuum. Ita fiet.

L 2 Venite,

PSALMVS LXVI.

¶ Venite , confyderate opera Dei , & perpendite , q̄ admirando consilio genus humanum gubernet .

¶ Fecit enim vbi paulo ante fuerat in gens mare , ibi terrā nunc extare aridā , & vbi ingens antea fluvius fuerat , vt ibi continuo pōst siccis licuerit transire pedibus : q̄ res incredibili nobis , in quo rum gratiam id fecerat , gaudio fuit , & in amorem illius nos accedit .

¶ Imperium habet non ab alio , sed a se , in totum orbem : oculi eius diligenter obseruant , quae fiunt in singulis nationibus , descriptores Dei non exaltabuntur , quamuis diuersum ipsi sibi persuaserint . Ita res habet .

¶ Extollite laudibus quotquot estis populi Deum hunc nostrum , & facite ut ad quamplurimos perueniant præconia laudum eius .

¶ Qui conseruauit nos in vita , nec permisit vacillare pedes nostros .

¶ Quamuis probaueris nos Deus , & examinaueris nos , quomodo argentum

PSALMVS LXVI.

gentum igne examinari solet.

11 Et induxeris nos in laqueum, im-
miseris afflictionem & molestiam in
lumbos nostros.

12 Et inuixeris nihili hominē in ca-
put nostrū , & peruererimus usque in
ignem & in aquam tandem tamen ex
omnibus his eripuisti nos, & perduxi-
stis nos in locum , ubi omnium rerum
copia est summa.

13 Quare ingrediar domū tuam cū
holocaustatis, persoluam tibi quæ
voueram, quum in malis versarer.

14 Quę distinēte promisi labijs meis
& quæ loquutus sum ore meo, quo
tempore male erat mihi.

15 Holocausta pinguium offeram ti-
bi : & cum suffitu arietes , boues ma-
etabo cum hircis.

16 Venite & audite, yt enarrem cun-
ctis quitiment Deum , quanta fecerit
animæ meæ .

17 Ad ipsum ore meo clamaui, &
continuo animus meus eius beneficio

L , respon

P S A L M V S L X V I I
respondens, laudibus extulit illum.
18 Iniquitatē si st̄bi animus meus cō
scius fuerit, non audiet me Dominus.
19 Certe audiuit me Deus, & aures
pr̄ebuit precationi meæ.
20 Omni laude maior est Deus, qui
non reiecit precationem meam, nec be
nignitate sua destituit me.

Psalmus. L X V I I .
Deus misereatur nostri, & benedicat.
Eus miserebitur nostri, & be
nefaciet nobis: palam lucere
faciet fauorem vultus sui erga
nos. Ita fiet.

2 Ut cognoscamus viam, qua itur
ad te Deus: beneficium videlicet illud
redemptionis, quod impendisti vni
uersis gentibus.
3 Accepta tibi referēt omnia sua po
puli Deus: accepta referent tibi sua po
puli vniuersi.

4 Gaudebunt & lætabuntur populi
propterea quod tu iudex eris eorum
equissimus, & omnium qui in terra de
cūdūm. gunt

PSALMVS LXVIII.

gunt tu te ducem præbebis. Ita fiet.
5 Accepta tibi referet omnia sua po-
puli Deus : accepta referent tibi sua po-
puli vniuersi.

6 Terra protulit frumentum suum, &
benedicet nobis amplius adhuc Deus,
Deus ille omnium nostrum.

7 Sic benedicet nobis deus, ut exem-
plio nostro in uitati, religiose illum cul-
turi sint vniuersi anguli terræ.

Psalmus David. LXVIII.
Exurgat Deus, & dissipentur inimici.

VBI exurrexit Deus, subito
dissipabuntur hostes illius, &
in fugam cōuentur, q odio
habuerunt illū, ad solum con-
spectum illius.

2 Sicut sine negotio dispigitur à ven-
to fumus, ita disperges illos tu, & sicut
liquefit cæra igni adhibita, sic peribunt
impij aduentante Deo.

3 E contrario gaudebunt iusti, & se-
rio exultabunt.

4 Cantate Deū, & psallite in hono-

L 4 rem

PSALMVS LXVIII.

rem noīs illius, extollite illum , q pro
vehiculo vtitur nubibus , cui propriū
nomen seruator Deus, quare exaltate
recepti in gratiam illius.

5 Pater enim est pupillorum , & iu:
dex viduarum, etiam si sit in cœlo ha:
bitaculo sanctitatis suæ, & longe videa
tur dissitus à nobis .

6 Deus facit, vt q paulo ante fuerant
soli sine liberis , nūc habeant domum
familia plenissimā, in libertatē asserit,
qui vīcti fuerāt cōpedibus ferreis, de:
sertores interim Dei in locis aridis ha:
bitabūt, rerum oīm inopia laborantes

7 Deus, quū tu præires populo tuo,
& gradereris per solitudinem,

Quod certo certius factum est.

8 Terra commota est , cœli sudaue:
runt propter præsentia maiestatis tuæ,
o Deus , quin & hic Synai cōtremuit
propter præsentē maiestatē tuam,o de:
us , Deus inquam Israelis.

9 Pluuiam copiosissimam effundes
o Deus , & hæreditatem tuam , licet
affli-

PSALMVS LXVIII.

affictam , tu stabiles.

10 Multitudo tuoru requiesceret in Ioz:
eo quē tu designabis ei suppetias feres
pro benignitate tua pauperi Deus .

11 Dñs suppeditabit efficacē sermo:
nem annuntiaticibus potentiae illius
admirabilis & maximæ.

12 Reges potentissimi fugient , fu:
gient , inquam , & fideles domestici
diuident spolium .

13 Si hucusque inter fuligine obdu:
etas ollas iacuistis , & tā atri q̄ carbo fa:
eti estis : eritis posthac tā candidi q̄ alæ
alicuius columbę , etiam si argento ex:
ornata fuerit , & pennę illius eleganter
admixtum habeant auri pallorem .

14 Quum distribueris oī potens p
varias prouincias , qui regat eam , tum
candidiore redde eam nūe , quæ huc:
usque versata est in obscuro .

15 Mons dei , mons Basan , mōs est in
varia asurgens iuga mons Basan .

16 Quare inuidetis reliqui quantum
uis cliuosi montes , monti huic , quem

L 5 elegit

PSALMVS LXVIII.

elegit Deus, vt inhabitet eum? profesa
Et o^mnⁱnus hunc montem inhabita
bit perpetuo.

17 Equitatus dei centenorum est milia
habet & angelorum milia, quibus comi
tatus nunc huic monti adest D^rns, sicut
olim Synai cum sanctimonia.

18 Ascendisti in altu, asseruisti eos ti
bi, qui olim a diabolo captivi detine
bantur, acquisuisti varia dona posteris
Adae: quin & rebelles plurimos, & dei
penitus ignaros in gratia recepisti, vt
vere dici nunc possit, habitare inter ho
mines reseruatorem Deum.

19 Quare dignus est qui laudibus
extollatur Dominus absque vlla inter
missione, qui tam est in nos beneficis
vt onerare nos videri merito possit,
omnipotens ille Deus, beneficijs suis.

Ita res habet.

20 Omnipotens ille Deus nobis, q^s
elegit, deus est oimod^e salutis author,
in potestate enim D^rni est, quemcunq;
voluerit, a morte eripere.

Procul:

PSALMVS LXVIII.

21 Proculdubio Deus vulnerabit caput inimicorum suorum, findet caput eius, q[ui] perdurat in peccatis suis obstinatus.

22 Dixit Deus: expellā ex Basan hostes meos, extrahā eos ex insulis quas occupat in profundiss. maris sitas.

23 Sic pellā eos illinc, vt pes tuus cōspurgatur sanguine illorum, & lingua canum tuorum sanguinem inimicorum lambat, ab ipso Domino imperfectorum.

24 Viderūt p[ro]i[n]ti[us] hos successus, et agnoverūt eos esse abs te: successus inquā illos esse agnouerūt abs te, q[ui] Deus meus es, et rex meus insigni sanctimonia pr[est]e.

25 Precesserūt quum gratie (ditus, tibi pro victoria agerentur, hi qui vocē canunt: hos continuo sequebantur, qui instrumentis ludebant musicis, cīngebant autem eos vndiq[ue] puerū tympana pulsantes.

26 In frequētia hominum laudibus extulerunt Deum, Dominum laudauerunt posteri Iacob, qui emanauerūt veluti ē fonte Israëlis.

Ibi Be

PSALMVS LXVIII.

27 Ibi Beniamin parvulus sopore
corripitur : principes Iuda ornementū
illorum, principes Zabulon, & prin-
cipes Naphthalim.

28 Cōstituit deus tuus robur addere
tibi, quare perge quēsumus cōfirmare
hoc Deus, quod cōpisti in nobis.

29 Aliter longe & magnificentius q
olim in templo Hierosolymitano, of-
ferent tibi munera reges.

30 Vasta multitudinē lanca armatā
& turbā eorū qui robustiores habētur
inter potentū filios, qui & vitulorum
more lasciuiunt , donec facti supplices
tributa tibi pendere cupiāt: funditus au-
tem perde populos, q bella desyderāt.

31 Veniet vltro optimates ex Aegy-
pto, Aethiopia festinabit porrigerere ma-
nus suas Deo , & fœdus iniire cupient
cum eo .

32 Regna vniuersa terrē cantate deū
& q sit Dñs omni laude dignus,carmi-
nibus testimini. I: a fiat.

33 Dñs , qui cœlis cœlorū à tēpore q
condic.

PSALMVS LXIX

cōditi sunt, veluti pro vehiculo vtitur,
ille tribuet voci suæ vocē fortitudinis,
& verbis suis addet pondus.

34 Tribuite fortitudinem deo: in Is:
rael enī apparet, quāti faciendus sit, &
potentiam illius testantur nubes.

35 Admiratioē dignus es, o Deus, p
pter hanc habitationū tuarum muta:
tionem: Deus Israelis ille retribuet ro:
bur & vites populo, quare nunquam
laudari satis poterit Deus.

David. LXIX.

Saluum me fac Dñe, qm̄ intrauerunt.
Erua me deus, q̄a peruererūt vñ:

S dē malorū vsc̄ ad animā meam.
2 Demersus sum in lutū, qđ fun-

do penitus caret, & decidi in pro:
fundissimas aquas: tēpestas enim subi:
to exorta, fluctibus suis inuoluit me.

3 Defatigatus sum clamādo, exaruit
guttur meū, destituerūt me oculi mei,
dum expēcto aduentū illius Dei, cuius
auxilium expertus sum toties.

4 Plures sunt q̄ capilli capit̄ mei, q̄
odio

PSALMVS LXIX

odio persequuntur me sine causa, & totis viribus conatur subuertere me, qui hostes facti sunt sine causa mihi: quotrum furore nisi cōpescueris, tanquam rapiuerim quod illorum sunt, quem nihil fecerim minus, restituere tamen cogare ea, & Deus, tu noscisti stultitiam meam, & peccata mea non latent te.

6 Non pudeant quæso propter meum infortunium, qui expectat patienter te Domine, Deus imperium habes in omnes exercitus, non suffundantur pudore propter persequitionem quam patior, illi qui studiose ambiunt amicitudinem tuam Deus Israe lis.

7 Tuo enim iussu hanc talēm pertulisti ignominiam, ut texerit tota faciem meam infamis pudor.

8 Homo sceleratus, & in extremas deportandus terras, visus sum fratribus meis: & vcluti indignus qui cum bonis consuetudinem habeam, visus sum filijs matris meæ.

9 Zelus enim domus tuæ comedit me,

PSALMVS LXIX.

me, quia summo studio conatus sum
tueri maiestatem tuam: idcirco probra
quibus probrose affecerunt te, tam me
habebant male, q si ipse ego probris
affactus essem.

10 Si quādo fletu & iejunio afflige:
bam me, ipsi probro verterūt id mihi.

11 Vtebar pro ueste facco, & factus
sum eriam ob hoc fabula illis.

12 Pessime loquebātur de me seden:
tes in porta primorēs ciuiratis : carmi:
na componebant de me, qui portabāt
vinum in tabernis.

13 Ego cōtra hæc oīa nihil aliud quā
precatione mea hoc apud te egi, vt cito
veniat tempus, quo tibi libeat succur:
rere mihi : mi Deus pro infinita misé:
ricordia tua exaudi me, & pro fide tua
qua salutem te allaturum pollicitus es
succurre mihi.

14 Eripe me ē luto priusquā penitus
deimergar liberer quoq ab his, q odio
perseguūt me: ne malis veluti pro:
fundissimo mari, obrui sinas me.

Ne it:

PSALMVS LXIX.

15 Ne inuoluāt me amplius fluctus
aquaři, neq; absorbeat me p̄fundum;
neq; cōcludat me puteus oþculo suo.

16 Exaudi me Dñe, copiosissima est
enī benignitas tua, quare pro multitu-
dine miserationū tuarum respice me.

17 Nec auertas faciem tuam à seruo
tuo, sed quia grauissime affligor, festi-
na respondere voto meo.

18 Appropinqua ad animā meam,
redime eam, & vt succurras mihi, ini-
micorū meorū te moueāt blasphemiae

19 Tu nosti vtriq; quibus probatis, q̄
pudore, quaç̄ ignominia afficiat me,
hi tanto numero persecutores mei.

20 Assidua contumelia fregit animū
mihi, & ægrū fecit totū me: expectabā
qui misericordia motus consolaretur,
sed nullus aduenit: aut ægrū animum
non nihil recrearet, sed nullum inueni.

21 Porrexit p̄ cibo mihi fel, & qui
sitirē, pro potu mihi obtulerūt acetū.

22 Apponatur huiusmodi prandium
ipſis, & alligētur illi prandio ne possint
effuge

X.
us fructu
pfundit
epolo suo
cifima d
o mobili
dipicere
an a levo
gor. fidel

PSALMVS LXIX.

effugere: hostię quibus placari solet de
us, magis in uiilos reddant illos.

23 Obscurentur oculi eorum, ne vident,
& lumbos eorum magis & magis viribus destitue.

24 Effunde in eos indignationē tuā,
& vehemēti cum ira apprehēde illos.

25 Palatia eorum fiant deserta, & in
tabernaculis eorum: non sit quisquam
qui inhabitet.

26 Quia quē tu percusseras, ipsi per-
sequebantur, & grauitatem vulnerum
quibus tu vulneraueras me, alijs cum
voluptate narrabant.

27 Labi sine eos ab iniuitate in ini-
quitatē, nec eō vñquā perueniant, vt
participes fiant iusitiae tuæ.

28 Deleantur de libro viuentium, &
numero sanctonū non adscribantur.

29 Interim ego pauper sum, & mo-
tore affectus, iustus tua Deus sustenter
quaeso me.

30 Laudabo nomen dei carmine, &
extollā illud g̃um gratiarū actione.

M Gratius

PSALMVS LXX.

31 Gratius enim id erit Deo, q̄ si bo-
uem offeram, aut vitulum cornua pro-
ducētem & vngulas.

32 Viderunt pauperes, & lætati sunt:
quotquot estis sectatores Dei, viuet cer-
to certius anima vestra.

33 Audit enim pauperes Dñs, & eos
q̄ causa illius vinciti sunt, nō despexit.

34 Laudabūt eum cœli & terra, ma-
ria, & quæcunq; natant in eis.

35 Deus enī saluā faciet S̄iō, & reædi-
ficabit ciuitates Iude, & habitabūt illīc,
& h̄ereditatio iure possidebunt eas.

36 Et s̄emen seruorū illius possidebit
eas, & q̄ amatores sunt nominis illius,
pacifice habitabunt in eis.

Dauid. LXX.

Deus in adiutorium meum intende.

D Eus vt ē malis eripias me, dñe
vt auxilieris mihi, festina.

2 Pudescat & infamia note-
tur, q̄ perdere cupiūt animam
meā, cōuertatur in fugā, & pudore sus-
fundātur, quotq̄ optant malum mihi

Com.

PSALMVS LXXI.

3 Conuertatur in fugam , & quantum
merentur pudecant, quotquot malo
meo gaudentes dicunt, euge, euge.

4 Gaudeant vero & lætentur, quod
te proprium habeant, quotquot sestra-
tores sunt tui, & dicant assidue magni-
fiat Deus, quotquot desyderant salutis
tuæ fieri participes.

5 Egovero pauper sum et egenus, mi-
deus festina succurrere mihi:auxilium
enim meū & seruator meus es tu,qua-
re ne differas quæso Dñe diutius.

L X X I.

In te Domine sperauit.

IN te Domine sita est omnis spes
mea, quare ne finas quofo, vt ea
spe fruстрer vñquam.

2 Tua iustitia eripe me è malis,
& libera me : præbe aurē tuam mihi,
& salutis tuæ participem fac me.

3 Sis mihi instar rupis munitissimæ,
vt iugiter tuto obambulare possim:de
creuisti enim seruare me, quum petra
mea sis & munitio mea .

M 2 Mide

PSALMVS LXXI.

4 Mi Deus, eripe me à tyranide ima-
pij è manu iniqua agentis & violenti.

5 Quia tu fuisti semp spes mea Dñe
Deus, & fiducia mea ab ipsa infanta,
vsque in ætatem hanc.

6 Tuo præsidio sustentatus sum à tē-
pore q̄ in vtero cōcipiebar, ab ipsis vi-
sceribus matris tu auulisti me quare i
laudādo te merito sum occupatus assi-

7 Tanquā rem prodigiosam (due-
fugerunt me plurimi, sed tu mihi fidu-
ciam tribuisti firmissimam.

8 Quare pleno ore laudabo te, & oī
tempore maiestatem tuam cantabo.

9 Ne abieceris me tempore senectu-
tis, & quum destituere me cōperint vi-
res, ne deserueris me.

10 Iam nūc enim cōperit de me lo:
qui hostes mei, & vt insidias struat mi:
hi conspirauerunt inter se.

11 Dicunt enim, Deus deseruit eum,
si perseguamini comprehendenteris eum
nec quenquā habet, qui conabitur eū
è manibus vestris eripere.

Deus

PSALMVS LXXI.

12 Deus , ne procul discesseris a me,
mi Deus festina succurrere mihi .

13 Pudefant & absumentur, qui ad-
uersantur mihi , conterantur vndeque
pudore & infamia , quotquot student
afficere malo me .

14 Ego interim assidue & patiēter ex-
pectabo , & maiore studio q̄ aīn hac vn-
quā cantandis laudibus tuis incūmbā.

15 Os meum cōmemorabit integrit-
atem tuam , & salutē mihi abs te alla-
tam : quāuis tot extent in me & tanta
beneficia, vt numerum ignorem .

16 Quicquid vñquā aggrediar , fre-
tus omnipotentia Domini Dei aggre-
diar, in memoriā reuocabo omnibus ,
& celebrem faciam integritatē tuam ,
tuam inquam solius .

17 Deus docuit me ab ineunte ætate
vſq; nunc: quare nunquā desinam pa-
lam facere, quæ designasti tu plurima ,
& admiratione dignissima .

18 Neq; ergo in senio , neq; ætate de-
cēpita deseras me , quin ad sis potius si-

M 3 cut huc

PSALMVS LXXI.

et hucusq; quoad indicauero brachium
tuum meæ ætatis hominibus , & vni-
uersè posteritati omnipotētiā tuam.

19 Et iustitiam tuam Deus laudibus
in altum extulero: qui designasti maxi-
ma Deus, quis conferendus tecum?

20 Qui afflixisti me afflictionibus
multis & molestis, sed reuersus ad me
ira deposita animum restituisti mihi, &
velut è barathro terre, placatior factus
extraxisti me.

21 Auxisti potētiā meā, & reuersus
ad me clementissime tractasti me.

22 Quare ego te laudibus efferā , &
nābilo inusico instrumento constantiā
tuam in promissis mī Deus, & psallam
in honore in tuum cithara, qui sanctifi-
cator es Israelis.

23 Exultabūt labia mea vbi psallere
coopero tibi, & anima mea multo ma-
gis, quam liberaſti à malis omnibus .

24 Quin & lingua mea exercebit se
sedulo in cantanda iustitia tua, erubue-
runt enim & infames faciunt, quo-
quot

PSALMVS LXXII.

quot studuerunt incommodare mihi.

Pro Salomone. LX XII.

Deus iudicium tuum regi da.

Deus iudicandi secundū te for-
mulas regi da, & equitatis stu-
dium filio regis.

2 Ut possit iudicare populu-
tuum secundū æquitatē, & pauperes
tuæ curę relictos cum iudicio.

3 Adferant primores, qui montibus
similes videntur, pacem populo, & col-
les comitetur iustitia.

4 Patrocinef pauperibus, q̄ sunt plu-
rimi in populo, liberet à calumnia ege-
nos, & perdat calumniatorem.

5 Reuereantur te (ô rex) quoad sol
lumen suum præbuerit mortalibus, &
Iuna s̄eculis cunctis.

6 Sit aduentus eius tam gratus, q̄ est
pluvia decidens de cœlo super frumen-
tum recens demessum, & imbreſ irri-
gantes sitientem terram.

7 Floreat tēporibus illius iustus, &
summa sit pax, que duret ultra lunam

M 4 Et do

PSALMVS LXXII.

8 Et dominetur à mari vsque ad mā
re, imo ab oceano Orientali vsque ad
extremos Occidentis fines.

9 Prouoluant se ante ipsum Aethio:
pes, hostes vero illius prostrati mordi
custram corripiant.

10 Reges Tharsis, & qui insulas in-
habitāt, munera offerāt illi, reges Ara:
bum & Sabaeorum tributa pendant.

11 Et adorent illū quotquot vsquam
sunt reges, orbis totus seruiat illi.

12 Futurus enim est æquissimus, & li-
berabit eis malis egenū auxilium illius-
implorantem, & pauperem humano
præsidio destitutum.

13 Pius erit in pauperem & egenum
& animas egenorum beabit.

14 Ab viuris & iniuitate redimet
animas eorum, nec temere fundi finet
sanguinem illorum.

15 Viuet cum rege illo pauper, & par-
ticipem faciet eum auri Arabici, & ora-
bit pro eo assidue, nullo non tempore
beneficus erit in eum.

Ex

P S A L M V S LXXII.

16 Ex paucis granis in terram proieci
etis, etiam si in cacumine montium sa-
tio fiat, maxima proueniet messis: &
excrescat frumentum illud in eam alti-
tudinem, ut si vento agiterur, strepitum
excident aristæ plenæ, qualè altissimè ce-
dri in monte Libano solent: florebunt
insuper ciues, & multiplicabuntur in civi-
tate, quæ admodum herba solet in agris.

17 Erit nomen illius celebre perpe-
tuo, priusquæ enim esset sol, ab æterno
filius erat nomen illi: fœlices se fatebū-
tur beneficio illius vniuersæ nationes,
& beatum illum præ oib[us] prædicabunt.

18 Dignus oī laude dñs Deus, deus
in quā Israelis, q[uod] facit incōprehēsibilia
suis viribus, non adiutus alienis.

19 Et dignum oī laude nomen illud
magnifici filij ipsius perpetuo, quare
replebitur maiestate nominis illius vni-
uersa terra. Ita fiet. Ita fiet.

20 Hec ut euenerint, summa fuit vo-
torum ipsius David filij Iesse.

¶ Finis libri secundi.

M s Psl:

PSALMVS LXXIII.

Psalmus Asaph LXXIII.

Quām bonus Israel Deus.

QVAMVIS certissimum sit nun
quam non esse beneficū Deū
in Israelem, hoc est illos, qui
candido sunt pectore,

2 Mihi tamen hoc accidit absurdī, vt
quum mei pene oblitus essem, tantum
non labi cōperim pedes mei, & quem
admodum accidere solet his, qui per
lubrica ambulant, effuso gressu colla-
pus fuerim.

3 In causa vero fuit, qd excandescē-
re cōperim in eos, q ebrierate fortunę
ad insaniā vscib⁹ sibi placet, & quod vi-
derem pacata esse impiorum omnia.

4 Tota enim vitā nō solū fortunata
illis omnia fuerūt, sed & in morte illis
accidere solet, vt ætate defecti sine lon-
go cruciatu extinguantur, & palatia re-
linquant regia h̄ereditibus suis.

5 A molestijs, quibus ex ipsa cōditio-
ne homo fragilis obnoxius est, liberi
esse videtur, nec sicut reliqui homines
flagel-

PSALMVS LXXIII.

Flagellis à malo deterrentur.

6 Hinc fit, vt superbia possideat eos totos: & quemadmodū vestis totū hominem tegere solet, ita iniquitas habeat totos inuolutos illos.

7 Vix apparent p̄e pinguedine oculi eorum, supra q̄ sperauerant omnia illis prospicere eueniunt.

8 Terrori sunt obuijs oībus propter potētiā illorū, q̄ eō excreuit, vt scele:ra sua & vim, qua opprimūt miseros, latere nō cupiant, sed palā loquantur: & sese ab hīmōi iactent, neq̄ pudeat illos ipsum Deū (quāuis supra oīa sit) virulenta lingua laccere.

9 Eum qui cēlos habitat ore blasphemō irritare audent, & lingua illorum virulenta, per eos qui terram incolunt obāmbulat.

10 Propter huiusmodi fluctuabit populus Dei, nunc hoc nunc illud in animo versans, & hæc veluti aquæ amarissimæ pleno calice obtundentur illis, vt bibant.

Illi in:

PSALMVS LXXXIII.

11 Illi interim ridētes dicere audebit
nouit ne hēc deus & partitur? credendū
ne est prōvidentiam esse in altissimo?

12 Ecce eiusmodi impīj, & in hoc
mundo fēlices, assequuti sunt robur
& diuitias.

13 Profecto ego frustra operam de:
disse videor, vt candido essem pecto:
re, & abluerem aqua munda fordes &
manibus meis.

14 Flagellabar enī assidue ab impījs
& increpatiō mei summo mane cēpit.

15 Si tentauī recensere quomodo fie
ri videbam hēc ab impījs, non potuī
non iudicare miseros, quos tu tamen
pro filijs habes.

16 Et si rationē horū iueniri conabas
ipsa rei difficultas desistere coēgit me.

17 Deprehendi enim me non inuen:
turum quod quērebā, priusquā ingress
sus essem sanctuaria, q̄ tu Deus inhabi:
tas: tūc enī intelligā rem ipsam quum
videro, quem finem habituri sint im:
pīj, qui hic videbantur fēlices & pīj,
quos

PSALMVS LXXIII.

quos hic opprimebant illi .

18 Profecto sunt lubrica & fluxa , q
dedisti illis , quibus tantopere placent
sibi, pr̄cipites dabis illos , & corruent
in extremas miseras.

19 Quām subita calamitate oppressi
sunt, perierunt, subitisq; terroribus ex:
territi, in nihilum redacti sunt.

20 Quen admodū somni (quantū:
uis dormienti gratus fuerit) reliquum
nihil est: vbi quis vigil factus fuerit, ita
eorū, quibus hic se fœlices putabant, re
liquum illis nihil erit, quin potius tu
Dñe in ciuitate etiā imagines illorum
contemptibiles omnibus reddes.

21 Interim veluti acore quodam mā
cerabit se cor meum , & torquebo me
cogitationibus meis .

22 Propterea quod veluti oīm rerū
ignarus, hēc nō satis intelligere potue:
rim , & veluti brutis similis in expen:
dendis consilijs tuis fuerim .

23 Ego tamen (quāuis id nō appare:
ret) semper curę fui tibi, & apprehēsam

sem:

PSALMVS LXXIII.

Semper habuisti manū dexterā meam.

24. Et tuo consilio quacūq; eundum
mihi esset veluti comes itineris fuistj,
& me tandem maiestatis tuae partici-
pem ad te recipies.

25. Deficere videbas caro mea & cor
meum, sed tu quū maxime infirmus
viderer, plurimū roboris addebas ani-
mo meo: quare te partium mearū con-
fido futurum Deus perpetuo.

26. Ecōtrario certo certius, q à te pro-
cul recedūt, interibūt: perdes oēm illū,
qui te deserto aliud præfert tibi.

27. Quare ego quum mihi persuassis
sem vitissimū fore, amicitiam cū Deo
vero inire, collocaui in dñō Deo oēm
fiduciā meam, futurū sperās ut ille mi-
hi facultatē det conscribendi varia illa
& summo artificio absoluta opa, quæ
facit assidue.

Psalmus Asaph LX XIII.

Vt quid Deus repulisti in finem.

Quid

PSALMVS LXXIII

QVid queso deus sibi vult hęc
tam diurna calamitas? de:
seres ne nos perpetuo? nec si
nem facies excandescendi in
gregem , qui tuę solius curę vt illum
pascas commissus est?

2 Recordare multitudinis, quā olim
vt proprie tua esset, conquisiuiti tibi,
quam & redemisti e seruitute durissi:
ma, vt imperium in eam acciperes, ve
luti haereditario iure tuum: & induxi:
sti in monte hunc Sion, quę ipse ad inz
habitandum elegisti tibi.

3 Erigete in pedes, vt obuiam hosti:
bus profectus, malis illos afficias nun:
quā finiēdis: nihil enim nō ausi sunt in
templum sanctitati tuę consecratum.

4 Sublata enim voce clamauerūt ad
uersarij tui vīctores ipsis festis tuis so:
lennibus, nō aliter q̄ p̄ij solent pr̄ gau
dio cantare in honorem tuum , erexes:
tunt vexilla sua in trophæum.

5 Palam vidēribus cūctis ascenderūt
vastaturi templum tuum, non aliter
quām

PSALMVS LXXIII
quām syluam lignorum ingressi atbo
restruncare solent.

6 Iam nunc hoc agunt, vt ianuas &
omnem penitus ornatum illius securi
& malleis perdant.

7 Immiserunt ignem in omnia loca
tuæ maiestari consecrata, in terrâ vscg
sacrilegi prostrauerunt habitaculū no-
minis tui.

8 Statuerunt apud se subuertere pe-
nitus omnia, quod & factum est: exulē-
serunt enim templū tuum Deus, ad qd
statis anni temporibus cōcurrere solēt
diem tibi festum celebraturi, qui de-
gunt in terra.

9 Signa liberationis ab his malis ad:
huc nulla apparent, nec ullus est pro-
pheta, nec quenquam dedisti nobis,
qui scire possit, quando horum spēz:
re liceat finem.

10 Quousque feres, o Deus, cōtume-
liosum in te aduersarium, & inimiciū
blasphemum in maiestatem nominis
tui, perpetuo ne?

Quare

PSALMVS LXVIII

11 Quare cōtrahis vtrang matum,
ſinistram & dextrā tuam , instar hoīs
ociosi? profer quæſo tandem eam ē ſi-
nu tuo , & perde hos impios in te ho-
mines funditus.

12 Certe ille Deus rex mihi fuit à ſe-
culis plurimis , qui innumeris argumē-
tis palam oſtendit in medio huius ter-
ræ vires ſibi non deeffe , quibus feruet
quoscunq; voluerit.

13 Tu enim omnipotentia tua olim
ſecuisti mare , vt locus eſſet tranſeundi
tuis, confregiſti capita illorum qui dra-
conibus immanitate ſimiles erant , eiſe-
dem in aquis , per quas tuos perdu-
xeras ſaluos.

14 Fregiſti vires illius , qui ſimilis vi-
debatur draconi maximo , & capita ha-
benti plurima: obiecifſti eū deuorandū
feris & coruis , qui in desertis locis ver-
ſari ſolent , & viſtitare cadaueribus.

15 Tu aperuifſti aridam petrā , & edu-
xiſti ex ea aquā tanquā ex fonte , tā co-
piolam ut in iustum flumen excreuēs

N rit: econa

PSALMVS LXXIII

rit: ecōtrario rapidissimos fluuios exī:
caſti, quoties ita tibi viſum fuit.

16 A te est vicissitudo hēc dierum &
noctium, quibus tu eleganter, vt p̄rā:
ſint, diſtribuisti pro natura v̄tiusq; lu:
nam videlicet & reliquā stellarū lu:
men nocti, & ſolem diei.

17 Per te ſtabiles ſunt varij illi angu
li terre: æſtatē ab hyeme tu diſcreuifisti.

18 Habe rationē huius tā insignis cō
tumeliae: hostis enim ille nō ſolum af
ſigit nos, ſed & Dñm te, aſſidue afficit
contumelia, & populus ſtolidus exe
cratur nomen tuum.

19 Ne obieceris multitudini hostiū
turturem tuam, & multitudinis pau
perum tuæ ſoliuſ curę relitorum, ne
obliuſcaris perpetuo.

20 Relpice ad fœdus quod cū patri
bus pepegiſti: eō enim malorū perue
nimus, vt in tēterrīmis locis, & veluti
ſubterraneis, & obscuritatibus plenissi
mis degere m̄ceſti cogamur: nec h̄e ta
men dominus ab iniuria & iuſtibus
hostium

XIII
huius eccl.
fuit.
et dierum de
tates, et pra
evidens, la
stabilitatis
tristis
dilectio
difficilis
ignis co
solenat
dor effici
hodiq
paue
un, pe
ci puri
ipse
8 veloci
plicem
r ha ta
culibus
suum

PSALMVS LXXV.

hostium immunes sunt.

21 Ne abire quæso cogatur pauper
suffusus pudore, pauper humano au
xilio destitutus, non diuites isti : ad te
confugier, & nomen tuum laudibus
celebre faciet.

22 Exurge Domine, & tracta tuam
ipsius causam : in memoriam reuo
ca, qua sis contumelia affectus a popu
lo ad impietatem usque stolido , non se
mel atq; iterum, sed assidue.

23 Ne obliuionis dederis impias vo
ces aduersiorum, non tam nostrorum
q; tuorum: contumeliosa enim vocife
ratio eorum, qui se opponunt tibi, assi
due sit maior & maior.

Psalmus Alaph. LXXV.

Confitebitur tibi Deus.

LAUDIBUS extollere cœpimus te
Deus, laudibus inquam extol
lere te cœpimus, & pro benefi
cios acceptis gratias agere : &
continuo sensimus præsentiam nomi
nis tui: quare commemorabūt quotq;
N : vide

P S A L M V S L X X V .

viderūt , q̄ miris modis nobis assuerit
contra hostes nostros.

2 Vbi ego , inquit Dñs , tēpus statuer-
ro mihi , quo quę iusta sunt exequar .

3 Terra sentiet iram meam , & præ-
metu examinabuntur quotquot habi-
tabunt in ea , cuius ego fundamēta ieci ,
& veluti colūnis stabiliui : quare & cō-
cutere eam difficile mihi non erit .

Ita res habet .

4 Sæpe admonuistultos , ne ad insa-
niam v̄sq̄ inespirtirent , & impios ne n̄t-
rium erigerent cristas suas .

5 Dicebā enim ad illos , nolite erigere
contra Deum , qui in cœlo habitat , cor
nu vestrū , neq̄ loquamini ceruice ere:
ta contumeliose de illo .

6 Quia neque ab Oriente , neque ab
Occidente , neque ab Austro cuiquam
continget , quod solide magnum fa:
cere poterit illum .

7 Sed deus iustus iudex , ille solus de-
ponit , & ad nihilū redigit , & ecōtrario
eriget in altū quencunḡ voluerit .

Habet

PSALMVS LXXVI

3 Habet enim Dñs in manu poculū
in quo pulchre rubet vīnū, sed cui plu-
rimum est fecis admixtū: ex hoc porri-
get mercatū pīns, fecē vero noxiā ex
ugere, imō epotare coget impios oēs,
quantumuis degant in terra multi.

9 Interim ego operā dabo, vt hēc dī
uina & quitas nota fiat subsequentiū sē-
culorū hoībus: psalmos conscribam et
cantabo in honorem Dei Iacob.

10 Et ego, inquit Dñs, cornu impio-
rum constringam, & efficiam ut exal-
tentur cornua iusti.

Psalmus Asaph. LXXVI.

Notus in Iudæa.

N Otus inter Iudæos Deus, &
apud Israelitas magni fit no-
men illius.

2 Erat enim in Hierusalē ta-
bernaculū ipsius, & domus eius in Siō

3 Illic sēpe confregit emissas ab arcu
sagittas, scutū & gladium rupit, & bel-
la confecit. Ita factum est.

4 Cōspicuuſ apparuisti tu, & ferox

N , in hos

PSALMVS LXXVI

in hostes magis, quam vllus leo vel
vrsus egressus ad prædandum ē mon-
tibus, qui receptacula esse solent rapa-
cium animalium.

5 In prædā dati sunt animo feroceſ,
oppetierunt veluti mortifero ſomno
grauati, nec vſui illiſ eſſe potuerunt,
quantumuis viri eſſent alioqui fortes,
manuſ illorum.

6 Increpatione tua factū eſt, ô Deus
Jacob, vt mortē oppetierit rex ipſe cū
ſuis, & multitudo curruum & equoru-
m velut ſomnium euanuerit.

7 Vehementiſſime metuendus eſt tu
& quis ſubfiftere poterit coram te vbi
iratus fueris?

8 Efficies ut ē celo audiant æquita-
tem iudicij: quod vbi factū fuerit, me-
tuent ſibi quicunq; terram inhabitant,
nec mutare contra audebunt.

9 Fiet autē quium apparuerit ſe deus
ad ferendā ſententiā cōtra malos, vt li-
beros reddat à tyrannide illorū pios q
degunt in terra. Ita fiet.

Hone

PSALMVS LXXVII.

10 Honori profecto tibi erunt, qui
ira conciti remere contra te in prelium
prodierunt: peribunt enim, & si quid
minarum hostilium reliquura fuerit,
id tu vendicabis tibi, & te illi oppones
ne terreantur tui.

11 Vouete, & persolute que vouistis
Dño Deo vestro: quotquot habitatis
circa illum, offerte ei munus, qui meri-
to colendus est folcite.

12 Ipse est enim, q adimere pot vitā
principibus, & terrere ipsos reges etiā
si domini esse videantur ipsius terre.

Psalmus Asaph. LXXVII
Voce mea ad Dominum clamaui.

V Oce mea ad deū clamabo, vo-
ce inquā mea assidue clamā-
bo, donec aurē præbeat mihi.

2 Quotiescūq aduersi aliqud
accidebat mihi, ad Dñm recurrebā: &
si vulnus meū p noctē recrudeſebat,
nec remittebat ſe dolor, recusauit ad-
mittere vllā consolationē anima mea
aliam ab ea, quā expectabā à Domino.

N 4 In me

P S A L M V S L X X V I I .

3 In memoria ergo habebō Deū , &
ciulabo ad illum, loquar, & solitudi-
ne conficiet se spiritus meus . Ita fiet.

4 Apprehendisti palpebras oculorū
meorum, ne possim dormire : quæ res
me sic conturbavit , vt ne loqui quidē
amplius libuerit.

5 Quare aīo reuolui dies ab initio sa-
culi, & annos s̄eculorum superiorum.

6 In memoria reuocabo & cārmen
meū, q̄ alios consolari soleo: & per no-
tēm cū corde meo colloquar , & erit
animus meus in cogitationibus totus.

7 Num perpetuo deseret nos Domi-
nus, & futurum ne est vt placatior fiat
vnquam posthac?

8 Perit ne in perpetuum mīa ipsius
irritus ne factus est sermo, q̄ pollicitus
est se consolaturū m̄estos, nō vna tan-
tum generatione, sed omnibus?

9 Oblitus ne est miseric̄i Deus? aut
pr̄a ira vim facit sibi , ne vnquam sen-
tiamus varia genera benignitatis illius?

Ita ne fiet?

Profe

PSALMVS LXXVII

10 Profecto dicebam, ad mortem vsque cruciat me hēc recordatio superiorum annorū, quibus toties & tam manifeste adfuit omnipotēti dextera sua, is quis supra omnia est Dominus.

11 Non tamen sperare desinā, sed memoria repeatam consilia seruatoris Dei quibus se aliquando placatū ostendere solet: memoria inquā repeatā, q̄ miraculo Iose oīm ipse adfueris tuis Deus.

12 Animo voluebā & reuoluebā oīs generis operat tua, & in recensendis cōsiliis tuis occupatus eram.

13 Quare deprehendi oī Deus sancti monia plena esse oīa opera tua, nec esse porētia & magnitudine conferendū cum te Deo vero quicquam.

14 Tu ille es Deus qui stupenda designas, notam fecisti in varijs populis omnipotentiam tuam.

15 Redemisti brachio potenti populum tuum posteros Iacob & Ioseph.

Ita res habet.

16 Vbitē vidissent aquae Deus, vidis-

N s sent in

PSALMVS LXXXVII

sent inquam te aquę, viribus destitutę
sunt, & conterritę sunt abyssi.

17 Effundit nubes aquas, quoties tu
vis, & sonū ædūt: quin & grādo copio
se te iubente decidit, sagittis similis.

18 Auditur ē cōlo tonituvehemen
ter sonorum, illuminant & veluti lus
cerefaciunt orbem fulgura, ut sēpe tī
more capiantur & tremore hi, qui ter
ram inhabitant.

19 Per mediū mare obābulas, & per
aquas plurimas, nō aliter q̄ per tritissi
mas vias, nec apparēt vlla vestigia tui.

20 Duxisti olim non aliter q̄ pastor
gregem sibi cōmissum solet, populum
tuum ministerio Mose & Aaron.

Psalmus Asaph. LX XVIII.

Attendite popule meus.

Vsculta popule mi doctrinā
meam, prēbete aures vestras
oēs vos sermonibus meis.

A 2 Commemorabo quæ fa
bulæ videri, & supra fidem esse pos
sunt, nisi vere constaret superioribus
fscuz

P S A L M V S L X X V I I I .
seculis contigisse ea.

3 Ab alijs enim audiuimus, & vera
esse certo scimus: patres enim nostri
conscripterunt diligenter, ne nos ig-
noraremus ea.

4 Neq; nos ergo inuidēbimus poste
ris illis vscq; in nouissimā generationē,
sed diligēter cōscribemus laudes Dñi,
& oipotentiā eius, stupēda quoq; ope
ra, qu; ille designauit plurima.

5 Imprimis hoc honore dignatus est
Iacob, quod p̄scripta recte viuendi
tradiderit posteris ipsius Israe lis, & mā
dauerit progenitoribus nostris, vt ea
docerent liberos suos.

6 Vt sciant etiam nepotes illorum,
qui post ipsos nascentur, & illi iterum
superiorum nepotes suis liberis ea di-
ligenter inculcent.

7 Vt discāt oēm fiduciā suam ponere
in Deo, & nō excidāt memorie illorū
quę summo consilio facta sunt à deo:
quibus recensendis excitati, discāt man-
datis illius parere.

Nefas

PSALMVS LXXVIII.

8 Ne fiant similes progenitoribus suis, hoībus qui pertinaciter rebelles fuerunt deo & cōtumaces: quibus nunquā id quod rectū est, cordi fuit, nec vñquā ex animo crediderunt deo.

9 Filii Ephraim armati proficisciēbātur cōtra voluntatē dñi, vt iaculis petarent vicinos, & bona illorū diriperent, quare inferiores hostibus facti in prælio terga verterunt, & occisi sunt.

10 Non enim perstiterunt in pacto recens inito cum Deo, & secundum viuendi normam illis à Deo præscriptā viuere noluerunt.

11 Exciderant enim iam tum memo riae illorū egregia illa ipsius Dei strata: gemata, & stupenda opera illius, quæ spectantibus ipsissimis illis adiderat.

12 Coram patribus illorum designauit mira in terra Aegypti, in ipsa inquā agrorum ditissima Aegyptio.

13 Diuisit mare, & transmisit illos, sta re iussit aquas natura sua fluidas, tāquā molem marmoream.

Duxit

PSALMVS LXXVIII

14 Duxit eos nube contextos cōtra ardorē solis per diem ,per totas noctes lumen præbuit illis ,quale luculentus præbere solet ignis.

15 Fidit in gratiam ipsorum aentes petras,in ipso deserto,& potū ex illis sup peditauit tam copiose eis ,vt ex nullis aquis quisquā possit copiosius.

16 Eduxit riuos ē petra aquis tā copiosos ,vt æquare potuerint fluios profundissimos.

17 Nihil his oībus facti sunt meliores, sed peccatis peccata addiderunt:ex: ace: bauerunt altissimū in ipsa vastissima solitudine ,in qua nisi beneficio il: lius, nulla ratione viuere potuissent.

18 Statuerunt in animo periculū facere quantū posset Deus ,id'q; cibū pētendo ,qui gula ipsorum faceret satis.

19 Loquebantur enī inter se de Deo, dicētes:poterit ne hic qui tam putatur potens Deus ,instruere conuiuum in hac vasta solitudine ,in qua omnium rerum summa est inopia ?

Miram

PSALMVS LXXVIII

20 Miranda profecto cæcitas illorū:
qui enim elicere potuit illis vidētibus
ex petra aquas, tanta copia, vt iustos
fluvios æquauerint, de illo dubitant
posset ne panē præstare, posset ne car-
nem præbere populo, quem sibi tā mī-
raculose asseruit.

21 Quare hēc audiēs Dñs merito ira-
tus est grauissime, & continuo exarsit
ignis in posteros Jacob, & peruersit in-
cendio vastans ipsos Israelitas.

22 Non enim ex animo crediderunt
Deo, nec persuaserat sibi illum esse, qui
possit necessaria suppeditare.

23 Mandauit ergo nubibus, q̄ supra
eos in aëre pendebat, & tanquā ianuas
cœli aperuisset, nubes ipsas rupit.

24 Et in modum pluviæ decidere fe-
cit inter eos Man, frumenti genus nun-
quam visum hominibus, vt haberent
quod comedenter frumentum, quod
in aëre prouenerat dedit illis.

25 Panē, res mira, qui ē nubibus deci-
derat, q̄q̄ natura frumentiferas non
sunt,

LXXVIII.

PSALMVS LXXVIII.

Sunt; comedit homo prognatus ē terra
& cibū, quacūq; proficiscebantur, supē-
peditauit eis ad sautitatem.

26 Flare iussit Euru per mediū cœlū,
& sua potentia induxit Africum.

27 Et tanta copia quanta puluis ven-
to in altū sublatus in terrā decidere so-
let, cecidit inter illos caro, & oīs gene-
ris auium tanta multitudō, vt nume-
ro cōquare possent arenā, quę innume-
rabilis iacet in littore maris.

28 Et p̄iecit oīa illa in media castra
ipsorum, circa tentoria ipsorum,

29 Quare comederūt & satuti usque
ad naufragiū facti sunt, ad hunc modū
satisfecit gulę illorū, vt viderent prius-
quam perirent, potuisse Deum, quę il-
li posse ipsum non crediderant.

30 Non sunt fraudati desiderio suo,
adhuc erat cibus in ore illorum.

31 Et ira Dei desauire cōcepit in eos:
occidit enim robustissimos quoisque,
& florem iuuentutis, qui erat inter Is-
raelitas, prostravit.

His

PSALMVS LXXVIII.

32 His oibus nihil adhuc facti sunt
meliores : relabebatur enim continuo
in priora peccata nec crediderit ex ani-
mo se Deo, quantumuis designaret il-
le quæ merito essent omni admiratio-
ne dignissima .

33 Quare absumpsit cum vanitate si-
ne honore dies vitę illorum, & annos
iporum non sine terrore .

34 Quādiu percutiebat illos recurre-
bant ad ipsum, & peccatorum pœnitē-
bat illos, & mane surgentes, supplices
siebant Deo.

35 Et recordabātur q̄ Deus s̄epe pro-
pugnaculū fuisse illorū, & Deus excel-
lissimus redemptor illorum .

36 Verū hæc ab aīo eorū non profici-
scabantur, sed ore tantū blandiebātur,
& lingua sua mentiebātur illi.

37 Cor enim corū non erat candidū
erga illum, nec persistenter bona fide in-
pacto quod pepigerant cum illo.

38 Et quāuis essent quales pauloan-
te depinxi eos, ipse tamē se potius quā-
illos

PSALMVS LXXVIII.

illos respiciens, misericordia motus, re-
misit iniquitatē quamuis grauissimā:
nō enim funditus perdidit illos, quēad
modū meritifuerant, sed maximo stu-
dio, quasi vim faciens sibi, cōtinuit irā
suam, nec re ipsa ostendit, quām meri-
to etiam furere posset in eos.

39 In memoria enī habebat, q̄ caro
essent ipsi, varijs & stultis concupiscen-
tij obnoxij, & spiritus abiens suapte
natura non reuersus.

40 Quoties irritauerunt eum in de-
serto, exacerbauerunt eum in vasta il-
la solitudine.

41 Reuersi enim ad ingenium, iterū
tentare conati sunt, q̄ ipse potens esset
Deus, & metiri potentiam eius q̄ san-
ctificat Israelem: quædā enim posse il-
lum credebant, sed non omnia.

42 Neq; enim intellexerant q̄ nantæ
potentiae fuerit opus illud, quod fece-
rat in gratiam illorū, quo tempore libe-
rauit illos ex calamitate illa insigni.

43 Qualia videlicet inter Aegyptios
ostens;

O

PSALMVS LXXVIII.

ostenderat diuinitatis suæ manifestis:
sima signa & prodigia per totam re-
gionem Aegypti.

44 Mutavit enim in sanguinem flu-
uios eorum, & effecit ne riui eorū vlo-
modo essent potabiles.

45 Immisit in eos omnis generis mu-
scas, quæ arroderent eos, & ranas quæ
vexarent eos.

46 Qui tradidit bricho germen illo
rum, & laborem eorum locustæ.

47 Vastauit grandine vineas eorū,
& sycomoros pruina.

48 Perdidit grandine iumenta eorū
& quicquid possidebant, carbonibus
ignitis, qui cum grandine permixti cō-
tra naturam fuerant.

49 Ex calamitatibus, quibus affectit
eos, colligi potest quod serio illis iratus fue-
rit: manifesta enim erant irati Dei, unde
vehementer irati signa, vexatio illa &
plagæ, quales non solent ab hominibus
quantumuis inimicis inferri, sed qua-
les per angelos ab irato Deo immissos
ad flas:

P S A L M V S L X X V I I .

ad flagellandos illos, qui vehementer
sunt scelerati.

50 Perrexit, quomodo cooperat, ira-
set, donec & ipatos occideret, & pecora
eorum pestilentia corriperentur.

51 Occidit enim omnia primogeni-
ta per totam Aegyptum, præcipue ille-
la pro quibus laborauerant maxime,
ea inuenerunt singuli in tabernaculis
suis subito mortua per vniuersam ter-
ram Aegypti.

52 Eduxit autem illinc tanquam oves,
populum suum, & deduxit eos tan-
quam gregem per loca deserta.

53 Perduxit eos securus inimicos au-
tem illorum cooperuit mare.

54 Perduxit eos in regionem sanctissimæ
maiestatis suæ graram, in hunc us
que montem, quem omnipotenti de-
xtera sua afferuit sibi.

55 Expulsenim illinc impios, q eum
locu longo tempore possederat, & im-
misit suos, vt veluti hæreditario ius-
re possiderent, & ædes inhabitarent.

O : illorum

PSALMVS LXXVIII.

illorum qui pulsi fuerant tribus Israēl
56 Tanquā nihil cōmōti oībus his,
iterū tentauerūt & irritauerunt Dēum
qui est supra oīa: admonitionibus enī
illius parere noluerunt.

57 Auersi sunt à Deo, & rebelles fa-
cti sicut patres illorum, qui p̄cesserūt
illos, auersi sunt quemadmodū arcus, l
qui sc̄opum non petit, sed fractus per-
cutit eum qui tetendit.

58 Ad iracundia concitauerunt eum:
lucis suis, quos frequentabant in adi-
tis locis sitos: & statuis, quas fecerāt sibi
deos, vehementer irritauerunt eum.

59 Audiuit deus & exaudiuit, & exe-
cratus est valde scelera Israelitarum.

60 Repudiauit iratus tabernaculū,
in quo principio colebatur in Silo: ta-
bernaculum, inquam, in quo visus ip-
se est habitare, & familiariter versari in-
ter posteros Adæ.

61 Et capi permisit arcam fœderis, q̄
erat veluti receptaculū oīpotētiē illius:
& ornamentiū illud vnde ornare soli-
tus fue

PSALMVS LXXXVIII.

tus fuerat populum suum, in potesta-
tem hostium venire permisit.

62 Et implicuit bello cruento popu-
lum, & in hereditate suam excanduit.

63 Adolescentes illius absumpsi gla-
dius, & virgines sine honore perie-
runt innuptæ.

64 Sacerdotes illius gladio corrue-
runt, nec viduae superstites erant, quæ
casum illum deflerent.

65 Et ex parte factus est tandem Dñs
quomodo solet, q vino obrutus post
longum somnum reddit ad se, & iterū
vino exhilarans sese, fortiter pericula
aggreditur.

66 Quare vulnerauit hostium suorum
podices: infami ignominia affecit illos
quam nunquam eluere poterunt.

67 In eligendo autem sibi rege spre-
uit familiam Ioseph, & tribum Ephra-
im non elegit.

68 Sed elegit tribum Iuda, & monte
Sion quem amat.

69 Et extruxit similem altissimis re-
bus,

O, gum pa

PSALMVS LXXIX.

gum palatijs ædem maiestati suæ dic-
tam, quam stabilem esse voluit, sicut
terram perpetuo.

70 Elegit autem Dauid seruum suum
& exceptit eum è caulis ouitum.

71 A fortis vaccis quas secebatur pa-
stor, auocauit eum, & fecit eum pasto-
rem populi, quem habebat inter po-
steros Jacob, & hereditatis suæ inter
posteros Israelis.

72 Et paut eos qui curè illius cōmis-
si fuerat pro candore animi sui, & pro
summa prudētia qua v̄sus est in oībus
operibus suis gubernauit eos.

Psalmus Asaph LXXIX.

Deus venetunt gentes in hę.

Eus venerūt ethnici v̄isque in
hereditatē tuam, prophanaue
runt templū sanctissimæ ma-
iestati tuæ dicatū, redegerunt
Hierusalem in aceru os lapidum.
72 Objecérunt cadauera seruorū tuo-
rum deuoranda aubus, que volitant
per aëtem, & corpora sacris tuis ini-
tiato:

PSALMVS LXXIX.

titorum, bestijs terræ.

3 Fuderit sanguinē humanū tanquā
aquā per totū ambitū Hierusalem, nec
quisquā inuētus est q̄ occisos sepeliret.

4 Ludibrio fuimus vicinis nostris,
irrisui & subsannationi h̄s, qui habi-
tant circum nos.

5 Quousque irasperis Dñc, perpetuo
ne: exardecer ne sicur ignis ira tua?

6 Euome potius irā tuā in impios, q̄
nō agnouerūt te, & in regna q̄ diuinū
auxilium tuum nunquam imploraue-
runt, sed vires proprias iactant.

7 Vastauerunt enim posteros Iacob
& quicquid apud eos elegantiæ fuit, re-
degerunt in nihilum.

8 Ne scelerū memor esse velis ī ma-
lum nostrū, quæ antehac cōmisimus,
sed omissis illis, cito amplectere nos
tua inexhausta clementia attenuati enī
sumus vehementissime.

9 Auxiliare nobis Deus salutis no-
stræ author, nō tam habita ratione no-
stri, q̄ magnifici & maiestatis plenissi-

O 4 mino:

PSALMVS LXXIX.

in nominis tui, libera nos a malis, in
quibus versamur: & remitte peccata
nostra immensa liberalitate, quæ no-
mini tuo respondet.

10 Quomodo ferre diutius poteris
Dñe petulantiam impiorum, qui no-
bis insultant dicentes: vbi nunc est ve-
ster ille deus? palam queso fiat ob hęc
vidētibus nobis vltio sanguinis seruo-
rum tuorum, qui effusus est.

11 Penetret usq; in conspectū tuum
gemitus eorum, qui in carcere tenetur
captiui, magnitudine potentiae brachij
tui in vita cōserua eos, qui morti desti-
natur ab hostibus.

12 Et retribue vicinis nostris septu-
plum in sinum illorum, pro contume-
lia qua affecerunt te Domine.

13 Nos interim populus tuus, & grex
cuius tu prouinciam pascendi sumere
dignatus es, referemus tibi accepta oia
nostra perpetuo generationibus cūctis
& literis mandabimus q; vere dignus
sis qui lauderis ab omnibus.

Ipsius

PSALMVS LXXX.

Ipsius Asaph LXXX.

Qui regis Israel, intende.

O Pastor Israeli auscultat, q; edu:
cere soles tanquam gregem po:
steros Ioseph, habitator Che:
rubin conspicuus appare.

2 In gratiam Ephraim & Benjamin
& Manasse fac appareat omnipotentia
tua, & veni succurre nobis.

3 Deus recipe in gratiam nos, & pla:
cato vultu a spice nos: hoc enim si fece:
ris, salui erimus.

4 Domine Deus qui potestatem ha:
bes in omnes exercitus, quousq; tandem
excandesces, nec admittes precationem
populi tui?

5 Coegisti illos comedere cibum fie:
bilem, & pro potu porrexiisti illis me:
ras lachrymas maxima mensura.

6 Exposuisti nos maledicentiae vici:
norum nostrorum, & osores nostri ri:
dent inter se.

7 Deus qui potestatem habes in oēs
exercitus, in gratiam recipe nos, & pla:

O s cido

PSALMVS LXXX.

cido vultu aspice ut salu simus.

8 Vincam ex Aegypto transtulisti,
expulsti gentes impias è sedibus suis,
& inseruisti eam.

9 Repurgasti diligēter ruderibus eie
etis superficiem eius, & tā late radices
extendit, vt terram impleuerit.

10 Coopertisunt montes vmbra illius,
& rami illius similes facti sunt ramis cedrorum maximarum.

11 Extēdisisti ramos illius vsq; ad mā:
re, & vsq; ad flumen surculos eius.

12 Quare ergo nūc destruxisti sepes
illius, vt vastent quotquot iter faciant
iuxta illam?

13 Euerget eam aper egressus è sylua,
& feret omnis generis, quę in agris de:
gunt, depascent eam.

14 Deus exercituum, recede quæso
ab ira, & recipe in gratiam nos, aspice
è celo & vide, quin potius ipse vine:
am hanc inuise.

15 Et integratī pristinę restitue, quā
eo honore es dignatus, vt tua dextera

plan-

P S A L M V S LXXX.

plataueris eam: & si ipsa nō ineretur,
proper filium tuū , per quem fortia de-
signare cōstruisti, fac quod in rem hu-
ius vineæ esse putabis.

16 Quod exusta sit hēc vinea igni &
vastata, austeras vultus tui in caussa
est: que si durauerit, funditus peribunt,
qui hac vinea significantur omnes.

17 Adsit oipotentia manus tuæ viro
dexteræ tuæ, adsit inquā manus tua si-
lio hois, que sum mis viribus instructi
opponere constitueristi hostibus tuis.

18 Ille vbi hāc vineam inuicerit, & a
sentibus repurgauerit, nō amplius de-
seremus te: vita enim donabis nos, &
persistemus in cultu & inuocatiōe no-
minis tui.

19 Dñe Deus, coelestiū exercituum
summe imperator, reuoca nos ab er-
rore & malis in quibus versamur, fac
clare appareat fauor vultus tui erga
nos: hoc enim si feceris, salui erimus.

Ipsius Asaph. LXXI.

Exultate Deo adiutori.

Cum

PSALMVS LXXXI.

Vm exultatione laudate deum
cuiusviribus seruati sumus nos
Omnis generis lætitiae signa cdi
te in honorēm Dei Iacob.

2 Sublata voce canite & pulsate tym
panum, & citharam pulchre sonorani
vnā cum nablo.

3 Clangite in nouilunio tuba, die so:
lenniter nobis festo.

4 Præceptū enim est Israeli illud, &
æquissime statutum à Deo Iacob.

5 Ritum illū seruari voluit à posteris
Ioseph in memoriam eius, quod fœl:
citer versatus fuerit ipse in terra Aegy:
pti, quō quum venissemus, lingua quā
non didiceramus, audiebamus.

6 Liberaui enim (inquit Deus) tum
à gestandis oneribus humeros illorū,
meo auxilio manus illorum liberatæ
sunt à coquendis fœtilibus ollis & la:
pidibus.

7 In malis constitutus implorasti au:
xilium meum, inquit Dñs, succurriti:
bi, & ad ea q̄ occulte postulasti, ego ti:
bi re:

PSALMVS LXXXI.

bi respodi tonitru quo hostes tuos ex-
terrui : feci & periculū tui iuxta aquas
contentionis . Ita res habet.

8 Audi popule mi , sanctissime enim
pollicebor tibi Israel , si mihi auscul-
taueris .

9 Et si nō fuerit apud te in prelio de-
us alienus , & nō veneratus fueris ullus
deorum , quales plurimos exterarum na-
tionum impi homines venerantur .

10 Si credideris me , qui te eduxi è
terra Aegypti , vere dñm Deum tuum
esse , aperi quantum velis os tuum , &
postula à me quicquid charum fuerit
animo tuo , ego copiosissime vōti com-
potem faciam te .

11 Verum nunquam acquieuit cons-
ilijs meis populus meus , nec Israel un-
quam sincere amauit me .

12 Quare permisi eos animo obdu-
rato iniurare quantum vellent , & sua
sequi consilia , qui nollent mea .

13 Utinam popule mi audisses me ,
Israel si in vijs meis secundum tibi pre-
scripta

PSALMVS LXXXIII

Scripta à me ambulasses.

14 Nullo negotio vniuersos inimicos tuos p̄didisse, et extēdissē tūm magnum meā in hostes tuos, & perīssent.

15 Osores Domini exterriti mendacis, se in periculis excusare voluissent: populus autem meus fœlicia vidisset tempora perpetua.

16 Israel, si audissem me, pauisseim te medulla tritici & melle: in rupe mutantissima constitutum, ad saturitatem usque pauisseim te.

Psalmus Asaph. LX XII.

Deus stetit in synagoga.

D Eus astitit cœtui illorum, qui præ ceteris potestatem in alios naœti sunt: in medio ipsorum iudicum, quæ officiū illorum sunt, admonuit illos.

2 Quousq; tandem pronuntia is sententiam iniquā, & in gratiam impiorū iustos opprimitis? Ita faciris enim.

3 Quin potius pauperē & pupillum & eum q; sine auxilio vestro impar est aduers;

PSALMVS LXXXII.

aduersario suo , & egenū à calunia de-
fendite,potestate hac vobis cōmissa,&
iustitiae illorū patrocinium suscipite .

4 Si sapitis, succurrite pauperi & mē-
dico , & è violentis impiorum mani-
bus eripite eum.

5 Nihil facti sunt admonitiōibus his
sapientiores, sed in tenebris assidue ver-
santur:quę res tā habet male Dēum, vt
propterea aliquoties sic totum orbem
turbauerit, vt bases terrae tantum non
viſe fuerint .

6 Ego vos habui , p dijs, & similes iu-
dicavi oēs vos angelis : q tā chari sunt
Deo, vt videri possint filij altissimi.

7 Verum longe vobis aliter q filij
eueniet : moriemini enim sicut abie-
ctissimus quisque int plebe , & quejn-
admodum tyrannus quispiam præci-
pitabimini ad inferos.

8 Surge queso tu ipse Deus, vt iudi-
ces terram : tu enim velut hēreditario
iure, & tanquam patrimonium possi-
debis vniuersas gentes.

Psal-

P S A L M V S LXXXIII.

Psalmus Asaph LXXXIII.

Deus quis similis erit tibi.

Deus ne raseas quæso diutius,
neq; sileas, neq; feras amplius
omnipotens Deus.

2 Ecce enim rem intolerabi-
lem hostes tui tumultuantur, & inimi-
ci tui efferunt caput.

3 Aduersus populum tuum conspi-
rauerunt secreto, & consultauerunt ad
uersus eos qui occultæ protectioni tuę
concrediti sunt.

4 Statuerūt inter se proficisci in bel-
lum & extirpare penitus illos, qui tue-
cure relicti sunt, & delere sic eos ē nu-
mero hoīm, ut nunquā amplius men-
tio fiat nominis Israelitici populi.

5 Consilio vnamiter inito, aduers-
sus te pepigerunt fecundus.

6 Habitatores Idumæ & Ismaelite
Moabitæ, & Agareni.

7 Gebal, Ammon, & Amelech: Pa-
lestini vna cum habitatoribus Tyri.

8 Insuper & Assyrī iuncti sunt illis,
auxi

PSAL. LXXXIII.

auxilio venerunt filii Loth.

Ira res habet.

9 Fac illis quod olim fecisti Madian, & Sisare, & Iabin iuxta torrente Cisson.

10 Qui perierunt in Endor, relictii ad stercorandos agros insepulti.

11 Fac principibus illorum, quod olim fecisti Oreb, quod Zeb, quod Zebech, & Salmane, eadem experiantur nunc horum duces vniuersi.

12 Qui dixerunt, occupemus veluti iure nobis debita elegantia illa tabernacula Dei.

13 Deus fac sint queso tam instabiles quam est villa rota, & similes festucæ quam non potest resistere vento.

14 Sicut ignis in syluam immissus, & flamma in cacumen montium: quæ per obuiam dumeta volitans vastat cuncta absq[ue] vlo impedimento.

15 Sic tu persequere eos tempestate immissa abs te, & excitato turbine perturba eos.

16 Imple ignominia vultus illorum

P ut quæ:

P S A L . L X X X I I I .

vt querere cogantur placationem læsi
nominis tui Domine .

17 Pudefiāt & cōturbanēt assidue ma-
gis ac magis , infames fiant & pereant .

18 Vt sciāt te esse illū , cui soli nomen
est rei respondens , altissimo Domino
in omnia potestatem habenti per vni-
uersam terram .

Filiorū Corach Psalmus . 84 .

Quæ dilecta tabernacula .

Vām amabilia sunt taberna-
cula tua Dñe exercituum .

1 Sic amore capiebatur , vt
vix esset apud se anima mea ,
quoties mentio siebat atriorum Dñi ,
cor meum & caro mea pr̄ gaudio exi-
liebant ad nōmen Dei viui ,

2 Interim passer inuenit foramen , &
hirundo nidum , ybi collocet pullos
suis iuxta altaria tua Dñe exercituum
qui mihi & rex es & Deus .

3 Felices qui habitant iuxta domū
tuam : nunquam deerit occasio illis
laudandi te . Ita res habet .

Felix

PSAL. LXXXIII.

3 Felix ille ho^r, qui tuo beneficio fortis est: semit enim sunt eleganter strate in cordibus illius, per quas eum ad ipsum usq; animu diuinitus inspiratae vires.

4 Obambulant qui tales sunt assidue veluti i yalle lypidissimis plena fontibus, e quibus quantu libebit bibent: ipse vero qui diuinam hanc philosophiam alius impartiit doctor, omni ex parte diuinis munieribus exornabitur.

5 Incrementa virtutum, quicquid sunt tales, assidue magis ac magis accipient quoad peruerent ad ipsum Deum, & illi assistere videantur palam in Sion.

6 Domine Deus oportes audi queso pre cationem meam: praebere aurem Deus seruator Iacob. Ita fiat.

7 Qui diligenter protegere nos soles quam ullum possit scutum, aspice Deus & clementer respice faciem supplicis Christi tui.

8 Melior est enim una dies in atrio tuis, quam mille quounque alio loco optarem magis accubare ad limen do-

P 2 mus

PSAL. LXXXV.

mus Dei, quām habitare in splendīdīs
impietatis ædibus.

11 Est enī tanquā sol & clypeus dñs
Deus, gratiā & gloriā dabit dñs, nō po-
terit non facere benignitatis sive parti-
cipes eos, qui ambulant simpliciter.

12 Dñe exercituum oīm imperator
summe, felix modis omnibus ille est
homo, qui fidit per omnia tibi.

Filiorum Corach Psalmus . 85.

Benedixisti Domine terram.

R Ecōciliatus es dñiē terre tuę, re-
duxisti enī ē captiuitate Iacob.
2 Abstulisti omnem iniqui-
tatem à populo tuo : texisti oīa
peccata illius. Ita factum est.

3 Collegisti oīem iram tuam, q̄ spar-
sa fuerat in nos: continuisti ne in furo-
rem erumperet, iram tuam.

4 Recipe in gratiam nos Deus au-
thor salutis nostræ: & tolle inimicitiæ
quæ fuerunt inter te & nos.

5 Num perpetuo irasceris nobis?
Prae-
feres ne iram tuam in generationem
& ge-

PSAL. LXXXV.

& generationem?

6 Tu ne es ille, qui nos à captiuitate
liberare solus potes, & vita donare, vt
populus tuus fese te oblectet, pacem
consequutus?

7 Fac sentiamus dñe benignitatē tuā
& salutis tuāe participes effice nos.

8 Auscultabo qd loquuntur sit Deus:
us: certo enim scio loquunturum, quæ
ad pacē pertinebunt populi sui & san-
ctorum suorum, nec sinet eos relabi in
amentem illam impietatem, propter
quam abduēti fuerant captiui.

9 Propinqua certe colētibus ipsum
salus ipsius, qua fiet vt non perfuncto-
rie perambulet, sed inhabitet maiestas
illius terram nostram.

10 Misericordia & fides obuiam mu-
tuo factæ sunt, iustitia & pax mutuo
exosculatae sunt fese.

11 Veritas è terra pullulabit, & iusti-
tiam è cœlo prospicientē euocabit.

12 Profecto dñs erit autor huius bo-
ni, vt terra nostra proferat fructū suū.

P 3 Iustitia

PSAL. LXXXVI.

1; Iustitia præcedet illū, qui Dño chas
tus est, & fitget gressus viri illius in via
per quam gradietur.

Precatio ipsius Dauid. 26.

Inclina Dñe aurem tuam, & exaudi.

R̄ebe aurē tuam, & respōde vo
P̄is meis, quia paup & oī huma
no pr̄esidio destitutus sum ego.

2 Sit tibi curæ anima mea, q̄a
candido sum erga te pectore: saluum
fac tu seruum tuum, mi Deus: seruum
inquam tuum, qui totus pendet de te.

3 Misereat te mei dñe: imploro enim
assidue, & implorabo auxilium tuum

4 Exhilara animū servi tui: ad te enī
vſq; Dñe animo meo, quantumuis in
sublimi habites, pertingere conabor.

5 Tu enī Dñe benignus es & clemēs
& supra q̄ dici potest misericors in oēs
qui tuum auxilium implorant.

6 Aures præbe Domine precationi
meæ, non sit molestum tibi audire cla
mosas preces meas.

7 Quotiescumq; aduersi aliquid acci
derit

PSAL. LXXXVI.

derit mihi opem tuam implorabo: fui
tutum confidens ut pretestes, quod ex
te mea esse putabis.

8 Non est conferendus tecum quisquam
eorum, quos impij homines pro dñs
habent Domine, neque potest imitari
quisquam opera tua.

9 Quare futurū est, ut exteræ natio-
nes, quarum oīm tu author es, veniat
& supplices fiant tibi, & serio reuereā-
tur maiestatem nominis tui.

10 Magnus enim es tu, & stupenda
designas, tu Deus es solus.

11 Doce me Dñe viam qua itur ad te
ut ambulem confidēter per eam, nihil
dubitās quin bona fide mihi comes iti-
meris futurus sis: excita cor meum, ut
vnice reuereatur maiestatem noīs tui.

12 Celebrabo te Dñe mi Deus toto
pectore meo, & laudibus efferam no-
men tuum perpetuo duraturis.

13 Benignitatis enī tuæ erga me im-
mensæ extat argumenta plurima: quo-
ties enim versabar in periculis etiam

P 4 summis,

P S A L . L X X X V I I .

summis, tu me eripuisti, et anima mea
veluti ab inferis ad superos reuocasti.

14 Deus superbi insurrexerunt aduer-
sum me, et ingens robustorum turba hoc
egit studiose: ut vitam adimeret in fonte
mihi non habita villa ratione tui.

15 Verum tu domine Deus es misericors & pius, tardus ad iram, ad bene-
ficiam autem & fidem seruandam,
propensissimus.

16 Respice me, & miserere mei: tri-
bue vires seruo tuo, & serua filium
ancillae tuae.

17 Ade signum aliquod fauoris erga
me tui, ut hostes mei videant & pude-
fiant, videant inquam te fuisse illum, qui
auxiliatus sit mihi, & vultus sit iniuriam
illatam mihi ab illis.

Filiorum Corach. L X X X V I I .
Fundamenta eius in montibus sanctis

Fundamenta ciuitatis huius iacta
sunt in montibus sanctimoniam
maximis.

2 Amat Dominus portas Siō,
magis

XXVII.
XXXVIII.
XXXIX.
XL.
XLII.
XLIII.
XLIV.
XLV.
XLVI.
XLVII.
XLVIII.
XLIX.
L.
LII.
LIII.
LIV.
LVI.
LVII.
LIX.
LX.
LXI.
LXII.
LXIII.
LXIV.
LXV.
LXVI.
LXVII.
LXVIII.
LXIX.
LXX.
LXXI.
LXXII.
LXXIII.
LXXIV.
LXXV.
LXXVI.
LXXVII.
LXXVIII.
LXXIX.
LXXX.
LXXXI.
LXXXII.
LXXXIII.
LXXXIV.
LXXXV.
LXXXVI.
LXXXVII.
LXXXVIII.
LXXXIX.
LXXXVII.

PSAL. LXXXVIII.

magis quam villa tabernacula Iacob.

3 Magnifica dicta sunt de te, o ciuitas Dei. Ita res habet.

4 Memor ero Aegyptiorum & Babyloniorum agnoscentium me, ecce rem nouam, Philistaea & Tyrus una cum Aethiopia accurent, propterea quod insignis ille natus sit ibi.

5 De Sion quidem dicetur, quod plurimi nati sunt in ea, sed insignis ille confirmabit eam quum sit altissimus.

6 Dominus commemorabit in descriptione populorum, quod insignis ille natus sit ibi. Ita fiet.

7 Interim principes ludent instrumentis musicis praegaudio, & mea oia studia occupata erunt in laudando te propter hec tam mira que fient in te.

Psalmus filiorum Corach. 88

Domine Deus salutis meae in die.

D Omine Deus a quem perdet salutis mea, per diem clamabo, neque nocte latebit te vociferatio mea.

2 Quare admittatur quæsto-

P 5 preca-

PSAL. LXXXVIII.

precatio mea in conspectu tuum : pre-
be autem tuam clamori meo .

3 Ad saturitatem enim & nauseam
usque plena est molestissimorum cru-
ciatum anima mea : vita mea sepul-
chro videtur esse proxima .

4 Habitus sum unus ē numero eordā
q̄iamiam corruturi sunt in barathru :
æstimatus non pluris sum q̄ vir omni-
bus suis viribus destitutus .

5 Prestaret mortuum esse , & libertū
ab his malis , quales sunt , qui vel vul-
nerati , vel morbo extincti iacent in se-
pulchrīs , quorū non recordaberis am-
plius , ut vitę hūc qua vixerunt eos re-
stituas : verum liberi sunt à plagiis hic
tuis , quibus ego affligor .

6 Afficerit me malis tam multis ad
uersarij mei , vt visus sim ipse mihi pre-
cipitatus in puteū , aut in carcerē obscu-
rissimum & profundissimum retrusus .

7 Omni ex parte premit me furor
tuus , nullum superest mali genus quo
non affixeris me . Ita res habet .

Aliena

XXVIII.
PSAL. LXXXVIII.

8 Alienasti à me familiarissime nos
tos mihi, & abominabilem fecisti me
illis: conclusus sum, nec video quo pā:
cto explicem me.

9 Oculus meus languit prē dolore,
implorauit auxilium tuum, Dñe toto
die expandi manus meas ad te.

10 Aedes ne diuinitatis tuę specimen
in mortuis? aut resurgent ne morrui
laudes tuas cantatur? Ita ne fiet?

11 Mentio ne fiet in sepulchro clemē
tię ture, aut integratatis tura apud eos
qui perierunt?

12 Quo pasto in tenebris nota fiet
tua illa potestas, qua mirāda designas?
aut iustitia tua inter eos, qui ex hoc or
be migrarunt in terram desertam?

13 Pergā tñ ad te clamare Dñe, non:
dū spem oēm deponēs, & mane ante
omnia precatione mea occupabo te.

14 Quorsum Dñe neglexisti animā
meam? occultasti vultū tuum, ne sen:
tiam solitum erga me fauorem tuum.

15 Pauper sum ego & ærūnosus ab
adole:

PSAL. LXXXIX.

adolescentia pertuli tales abs te mihi
immisso terrores, vt propemodum
succubuerim, & desperare de salute
tantum non cœperim.

16 In me apparuerūt manifesta signa
tui furoris, terrores tui oppresserūt me

17 Circundederūt quemadmodum
aque solent collapsum in eas, idq; assi-
due cinxerunt me: nō alius terror post
alium, sed simul vniuersi.

18 Procul à me abire fecisti, si q; for-
te reliquus fuit amās mei, aut vicinus
benevolus, quin & familiariter notos
abscondisti, & veluti in tenebris ne vi-
deri possint à me collocasti.

Psal. ipsius Ethan Esrachitę. 89.
Misericordias Domini in æternum.

Dominum nunquā te non mi-
sericordem miris modis esse,
carminibus testabor, & mæ-
ætatis hoībus & posteris oī-
bus, & docebo ore meo nō esse dubitā-
dum cuiquā de fide tua, quin præstatu-
tus sis quicquid promiseris vñquam.
Persuasi

PSAL. LXXXIX.

2 Persuasi enim mihi futurū, ut per-
petuo durer misericordia tua, & cœlo
prius ruant quos artificio summo con-
didisti & constanter conservas, quām
te non stare promissis.

3 Percussis fœdus, inquit Dñs, cū eo,
quē elegi ipse mihi, & iuramento con-
firmavi illud, ne vllā habeat dubitādī
causam seruus meus Dauid.

4 Perpetuo, inquit Dñs, stabiliā po-
steros tuos, extruam soliū regale tibi,
quod nō conuelletur vlla generationū
vnquam subsequentium. Ita fiet.

5 Testatur cœli q̄ admirādus artifex
sis tu Dñe, & perpetuitatis tuæ testes
sunt apud oēs, qui tuæ sanctitatis non
penitus sunt expertes.

6 Quis enī in cœlo quoquis pacto te-
cū cōferri poterit, & quis similis tibi in-
ter angelos quantūvis sint potentes?

7 Deus miris modis magnus est, &
suspiciēdus etiam in cœtu sanctorum
sutorum, & metuendus cunctis, qui cir-
ca illum sunt.

Domī

P S A L . LXXXIX .

8. Dñe Deus qs confiteri vlo pacto
poterit tecū, quū sis creator & cōlerua-
tor rerum oīm, & stabilitatis tuā circū
te habeas testes plurimōs?

9. Tu imperium habes in vastitatē
maris: si ferocire cōperint, & in altum
se sustollere fluctus eius, tu potestate
tua dum vis compescis illos.

10. Tu percussisti potentissimū illū
Aegypti regē, nō maiore negocio, q̄ si
res tibi fuisset cū aliq̄ viribus suis oībus
desistirto: omnipotēti brachio tuo sub-
uertisti hostes tuos vniuersos.

11. Tui sunt celi, tua est terra, orbis ter-
rārū, & omnia q̄ in ipso plurima sunt:
tu fundamenra ecclisti omnium illorū.

12. Aquilonē & Austrū tu produxi-
sti, mons Tabor, mons Hermon ma-
gnitudine sua restantur omnipotentia
tuam, & occasionem præbent videnti-
bus laudandi nomen tuum.

13. Tu brachiū habes oīpotentia præ-
ditum, robustissima est manus tua, &
potentissima dexteratua.

Iustitia

PSAL. LXXXIX.

14 Iustitia & æquitate stabilitum est regale solium tuum: clementia & æquitas præ omnibus curæ sunt tibi.

15 Fœlix ille populus q[uod] agnoscit h[oc] & se se oblectat his: Dñe quiq[ue] tales fuerint, semp comitabitur illos fauor tuus, & veluti clarissima in luce vultus tui versabuntur.

16 Ad memoriā nois tui exultabunt oībus diebus vitæ suæ, & beneficio iustificationis tuæ magni erunt.

17 Ornamentum enim fortitudinis eorum es tu, & pro tua in nos pietate robur illud incrementa suscipiet aſſidue magis & magis.

18 Beneficio enim dñi magis q[uod] yllo clypeo tuti sumus, & auxilio illius qui sanctimonie author est Israeli, feliciter cedunt quæcūq[ue] aggreditur noster rex.

19 Olim loquutus es cū sancto tuo (Samuele) quomodo cum prophetis soles, & dixisti, robur addidi viro aliqui forti, exaltaui adolescentē illum, quem ē populo elegeram.

Inue-

PSAL. LXXXIX.

20 Inueni Dauid scrum meū, oleo
sanctō méo vnxi eum.

21 Quare manus mea firma erit cff
illo, nec deseret illum vñquam : insu-
per & brachium meum potentissimū
faciet illum .

22 Nō opprimet illum illus inimic-
cus, nec homo sceleratus male illi vo-
lens affigere poterit illum .

23 Conteram enim quotquot aude-
bunt se se opponere illi: & odio haben-
tes illum perdam .

24 Quicquid autem promisi illi aE-
sequetur, & prima illa gratia, qua ele-
gi eum, irrita non fiet : per me enim
exaltabitur cornu illius.

25 Et extendam vsque ad mare ditio-
nem illius, & vsque ad flumina poten-
tiam dexterę illius.

26 Ipse vocabit me, & dicere familia-
riter audebit paf meus es tu: Deus me
us, stabilis & inconcussa salus mea tu.

27 Et ego faciā illū primū & poten-
tissimū oīm regum, qui sunt in terra.

Perpe

PSAL. LXXXIX.

- 28 Perpetuo illi prosequar fauere
meo, & pactū qđ inij cū illo, firmū erit
29 Et cōstitui posteros illos cōserua-
re perpetuo, & soliū regni illius facere
tam diuturnum qđ erunt dies cœli.
30 Si deseruerint posteri illius legem
meam, & secundnm præcepta mea
non vixerint,
31 Si leges meas violauerint, & man-
datis meis non paruerint,
32 Ego veluti virga flagellabo eos
vt resipiscāt, & verberibus animaduer-
tam in scelera illorum.
33 Clementia vero mea nunquā de-
stituam illos: nec enim mentiri potero
aut contra datam à me fidem facere.
34 Nunquā violabo pætum, quod
esi inter me & illos: id enī quod semel
loquitus sum, non mutabo vñquam.
35 Quum ergo iurauerim per sancti-
tatem & maiestatem meam, mentiri
ne Dauid potero?
36 Futuri promisi semen illius per-
petuo duraturi, & solium regni illius

Q fore

P S A L . L X X X I X .

36 Fore tam stabile & diuturnū, q̄ est ipse
sol in conspectu meo .

37 Sicut luna perpetuum erit regnū
illius, q̄ & stabile promissionis meae in
celo signum esse volo .

38 Interim tu tanquam horum om-
nium oblitus, deseruisse & abomina-
tus esse videris Christum tuum, & ex-
canduisse in illum.

39 Violasse videris fœdus initum cū
seruo tuo, & ignominiose in terram ab-
secisse diadema illius.

40 Diruisti oēs muros illius, & mu-
nitiones, quibus tutus esse solet ab ho-
stii insultibus, funditus demolitus es.

41 Cōculat̄ quoq̄ t̄ iter faciūt iuxta
illum, factus est ludibrio vicinis suis.

42 Extulisti in altū dexterā hostium
illius, vt grauius feriāt, ḡaudio affecisti
quotquot male voluerunt illi.

43 Aciem enim gladij nostri retudi-
sti, nec proditurus videris nobiscum si-
cut soles, in prælium.

44 Obscurasti splendorē illius, solū
illius

P S A L. LXXXIX.

Alius regium in terram vsq; detraxiſſi.

45 Breues fecisti dies adolescentię ipsius, omni ex parte ignominia coope-ruisti illum. Ita factum est.

46 Quousq; tandem abſcōderis Dñe? perpetuo ne? exardescet ne quēadmo dum ignis ſolet furor tuus?

47 Recordare q; breuis & nihil fit vita mea, an nō ex ipſa cōditione mali ſatis habemus? q; vanitati per totā vitā obnoxij, quotquot ſumus posteri Adę ab te conditi ſumus.

48 Nemo eſt enim, quantum uis fit vir robustus, q; victurus ſit expers mor- tis, & qui tutari vitā ſuam poterit con- tra violentiam ſepulchri.

49 Vbi nūc ſunt ſuperiorū ſeculorū misericordiæ tuæ Dñe, quādo iuram ēto obſtrinxisti te Dauid, bona fide po- ſterorum illius curam te habiturum?

50 Perpende Domine q; contume- liose traētantur ſerui tui, quodq; con- coquere cogar clā, & velut in ſinu por- tare contumelias, quibus me afficiunt.

Q 2 popu-

PSALMVS XC.

populi vari⁹ & propemodū innumerī
51 Cōtumeliosi enim nō in nos solū
sunt, sed & in ipsum te dñe: ridēt enim
assidue nos, tanquam spei nobis nihil
sit reliquum in Christo tuo.

52 Qyaliscūq; sit status rerū nostrarū
deus quod promisit nō poterit nō præ
stare, quāuis molesta sit nobis mora:
quare dignus est, qui perpetuo laude-
tur ab omnibus, Amen Amen.

Finis libri tertij.

Precatio Moſe viri Deo charissimī.
X C.

Domine refugium factus es.

D Omine tu fuisti nobis sēculis
superioribus instar asyli ad qd
tutissime configere licebat.

2 Prius enī q̄ mōtes produ-
cti essent & facta terra, & in plagas ha-
bitatas distincta: tu ab æterno fueras
te ipso potentissimus Deus.

3 Deduces hominem varijs miserijs
obnoxium, quoad senio fractus fuerit
& dices tum, Redite posteri Adæ in
terram

PSALMVS XC.

terram, vnde prodijstis.

4 Mille profecto anni apud te & cū
æternitate collati, sunt tanquā dies he-
sternus qui præteriit, & tanquam vna
ex nocturnis vigilijs, quę nullum re-
linquit post se vestigium.

5 Velocissime properare annos ho-
minum iubes, & priusquā ad se reuer-
sus homo cogitet quid sibi in vita acci-
derit, elapsos sentiet illos veluti somni-
um quoddam: mane enim in initio vi-
tæ tanquam herba quedam succrescit,
& aliquid esse apparebit.

6 Mane, inquā virebit, & aliquo us-
que succrescere videbitur: ad vesperam
vero succidetur, & arescat.

7 Et tanquā non sit in annis nostris
paucis mali satis, accedit ira tua, q̄ non
sinit vel per somnium nos sentire, qua
leculq; illud sit quod possit homini es-
se quoquo modo voluptati: in metu
enim cōsumpti sunt anni nostri, & q̄a
vehementer nobis irasci videbaris, cō-
turbatis sumus & inhorruimus.

Q; Collo-

PSALMVS XC.

8 Collocasti iniquitates nostras ē re-
gione tibi, & peccata quæ nos pro oc-
cultis habuimus, & in adolescentia cō-
misimus, ipsa luce manifestiora sunt in
conspicu tuo.

9 Quare dies nostri elapsi sunt vni-
uersi te nobis irato : finiuimus annos
nostros dicto ciriūs.

10 Tempus enim vitę nostrę si fue-
rit septuaginta annorū, aut summum
octogita, bñ actū nobiscū putabimus:
interim illi, qui p̄cipui sunt inter hos,
& tanquā flos ipse huius tā rare ætatis
& molestijs & laboriosis miserijs ple-
ni, abeūt velocissime, & nos toti velut
alis assumptis, auolamus.

11 Quis vitare vnquā nouit potentē
iram tuā? maxime si à nobis exigas ve-
nerationē maiestati tuę debitā: et ob: eā
non satis diligenter præstā, quantum
res ipsa requirat, irasci volueris.

12 Numerare nos doce ad hūc modū,
paucissimos dies nostros, & seniper ha-
bere paucitatem illorum in memoria,
vt nū:

P S A L M V S X C .

vt nihil nobis de hac vita magni pro-
mittentes, diuinę sapientię studio ani-
mum intendamus.

13 Redi ad solitā clementiā Dñi : an
nondū satis in miseros nos sequitū vide-
tur? misereat tandem te seruorū tuorum

14 Copiose & cito summo mane be-
nignitatis tuae participes effice nos, vt
saltē gaudere licet & lētari paucis, qui
reliqui sunt, vitę nostrę diebus.

15 Affice nos gaudio pro magnitudi-
ne malorū, q̄ diebus & annis superio-
bus, pessima experti sumus.

16 Appareat seruis tuis salutiferū il-
lud redēptionis opus, & recōciliatio
diuinæ maiestatis tuæ nota fiat seruo-
rum tuorum posteris.

17 Sic fiat gratus & pulchre fauēs
nobis dñs Deus noster, vt quicquid fa-
cere tentauerimus, efficax fiat : efficax
inqua fiat Dñi beneficio, quicquid ma-
nibus nostris attractauerimus.

X C I.

Qui habitat in adiutorio altissimi.

Q + Quicunq;

PSALMVS XCI.

Vicunq; committit se prote-
ctioni altissimi, quantius oc-
culte, illius tutelā suscipiet oī
potens Deus, & tuto versabi-
tur inter pericula vitæ huius.

2 Quare & ego persuadere mihi au-
debo de Dño, q̄ spes mea ipse sit, pro-
pugnaculū meū, & deus meus: ego enī
totum me curę illius committam.

3 Ipse ergo curabit, ne incidas tu quis
quis illi credis, in vllum infidioris la-
queum: tutum te reddet à peste quan-
tumuis pestilente.

4 Alis suis cooperiet te, & sub pēnis
illius tutus eris: nullū scutū, nec vllus
clypeus prestare hoc cuiquam poterit,
quod ipse sua cura præstabat.

5 Protectione illius fiet, ne metuas,
vt res vlla terrorem incutiat tibi no-
etu: neque timeas si quis iaculo te pe-
tat etiam medio die.

6 A peste, quę clam inuadere hoīes
solet, & ab ea, quę de improviso subor-
ta s̄auier, securus eris.

Sip̄e

PSALMVS XCI.

7 Si prælium ingressus cū hostibus
manus cōserueris, à latere sinistro mil-
le, & à dextro déce mília corruent, tu
vero incommodi nihil accipies.

8 Quin potius oculis tuis videbis
prēliantē pro te Deum, & impios pœ-
nas dare securus aspicies.

9 Merito ergo oīs fiducia mea sita
est in te dñe: quisquis igitur sapi, dñm
qui est supra oīa, veluti tutissimū asylū
ante oculos tibi propone.

10 Quod si feceris, ausim tibi pollē-
ceri, qui hēc scribo, non futurū vt vllū
inopinatū malum te corripiat, vel vlla
plaga familiam tuam infestet.

11 Mādauit enī angelis suis curā tuī,
vt solliciti sint pro te quacunq; iueris.

12 Manibus gestabunt te, quoties pe-
riculum fuerit, ne vel leuiter in lapillū
impingat pes tuus.

13 Per medios leones & serpētes iter
facies securus: & si insurgere in te co-
nentur, pedibus conculcabis prostratū
Leonem & draconem.

Q; s Quid

PSALMVS XCII.

14 Quia me amavit, ab omni malo
immunem faciam illum: stabilem &
inconcussum illum reddam, quod cha-
rum illi fuerit nomen meum.

15 Implorabit auxilium meum, & ego
votis illius respondebo, adero illi, ab
omnibus periculis liberabo illum, &
honoratum faciam.

16 Longitudine dierū saturabo illū,
& ostendam illi quibus modis beare
soleam amicos meos.

Psalmus de die Sabbati. XCII.

Bonum est confiteri Dño.

Equum est cū gratiarū actio-
ne laudare Dñm, & cantare
nomen tuum ô altissime.

2 Commemorare summo
mane clementiam, & constantiam tuā
noctibus singulis.

3 Idq; nō voce solū, sed & musicis in
strumentis, decachordo, nablo, & citha-
ræ dulci modulatione.

4 Delectasti enim me Dñe elegan-
tissima hac operū tuorū varietate: operi-
bus, è

PSALMVS XCII.

bus, è quibus colligi facile potest omni-
nipotentia manus tuæ, oblectabo me.

5 Quid suspicienda ob magnitudinē
sunt opa tua Dñe: vehemēter profundā
sunt & inscrutabilia nobis consilia tua

6 Vir stolidus nihil horū intelligit,
neq; stultus cōsiderat in his naturę mā-
raculis omnipotentiam Dei.

7 Quod virere videātur imp̄i sicut
gramen terrae, & florere plurimi homi-
nes scelerati, non hoc fœlicitatis illorū
putandum, sed damnationis perpetuę
argumentum.

8 Tu autē es excelsus supra omnes,
erisq; perpetuo Domine.

9 Quare pr̄ter expectationē eueni-
et hostibus tuis Dñe: pr̄ter expectatio-
nem, qui nūc florere vidētur, funditus
peribunt: subuentent se sceleribus suis
quotquor sunt homines scelerati.

10 Interū tu simile facies cornu meū
cornu monocerotis: iam nūc perfusus
mihi videor oleo fragrantissimo.

11 Videbit enī oculus meus in meis,
qualia

P S A L M V S X C I I I .

qualia quisquā optaret hostibus suis:
& de insurgentibus in me sceleratis au-
dient aures meæ.

12 Iustus quemadmodū palma flo-
rebit, & sicut Cedrus in Libano int-
altum succrescat.

13 Qui plantati sunt in domo Domī
ni, in atrijs Dei nostri flores suos profe-
rent pulcherrimos.

14 Itaq; fiet vt valentes sint in senio
bene habiti & virentes.

15 Ut palam fiat æquum esse Dñm,
qui instar rupis est mihi, & ab oī ini-
quitate q; alienissimus.

X C I I I .

Dominus regnauit, decorēm indutus

Dominus regnandi prouincia
suscepit maiestate vndiq; con-
spicuus: induit robur dñs quo
natura & à seipso omnipotēs
est, quo & stabilentur qui terram in-
colunt, ne amplius vacillent.

2 Stabile est regnum solij tui, & fuit
ante constitutionem mundi, & ab ipsa
consti-

P S A L M V S . X C I I I .
constitutione usque in perpetuum ipse ille, qui semper fuisti eris.

3 Exaltauerunt flumina Dñe, exalta uerū flumina strepitus suos, & exaltatura magis videbantur fluctus suos.

4 Verum Dñs cōpescuit eos oīpotētia sua: aquis quantūuis multis, imo & vastissimis fluctibus maris potētior est Dominus altissima quæq; possidens.

5 Quæ pollicitus es, optima fide p̄fita sunt domui tuæ, quam eleganter exornasti sanctimonia Domine, quæ duratura est perpetua.

X C I I I .

Deus vltionum Dominus.

Q VI potestatē habes vlciscendi iniurias tuorū Domine, q potestatē inquam habes Deus, conspicuus appare.

2 Sustollaris quæsumus in altū, & solū tuū consēdas, q iudex es vniuersæ terre, & redde, quod merētur, superbis

3 Quousq; impij Domine, quousq; impij exultabunt?

Scelē

PSALMVS XCIII.

4 Sceleratus illorū animus erūpet iſt
verba, & loq eos coget fastuose, p̄dē:
cabūt sese, & sua scelera iactabūt hoīes
hi pestilentissimi & numero plurimi.

5 Populū tuum dñe atterere conabū
tur, & patrimonium tuum afflagent.

6 Viduam & aduenam occident, &
interficiunt pupillos.

7 Persuadebunt sibi nō habiturū te
horū rationem Dñe, nec consyderatus
sum te, quum Deus sis Iacob.

8 Intelligite tandem, qui bestijs non
multo c̄stis p̄st̄tiores in populo, sto
lidi quando respicietis?

9 Qui vestris capitibus affixit aures
& facultatē dedit audiendi, surdus ne
erit ille, nec audiet quicquā? & q̄ oculi
los vobis in fronte aptauit, expers ne
esse poterit videndis?

10 Qui docet etiā ethnicos seftari qđ
rectū est, an nō suppliciū sumet de vo
bis transgressoribus? ille inquā, qui do
cet hoīes prudentiam, & veluti inscul
pit animis illorū, hæc reliquet inulta?

Domī

PSALMVS XCIII.

11 Dñs nouis oīa, quē quiūis cogitat
homo, q̄ vana sīnt & inefficacia.

12 Quare felix ille est vir, quē tu era-
dire, & tua doctrina imbuere dignabe-
ris, seruator omnium Domine.

13 P̄t̄ebit enī illi requie ea discipli-
na tēporibus pericolosis, q̄ ad impio fo-
diatur fouea, ex qua nunquā emerget.

14 Nō abiūciet dñs populi suum, ne
que hāreditatē suam despiciet vnquā.

15 Futurū est enim vt iustitia coniun-
gatur cū iudicio, & iudices quod iustū
est iudicent, sequanturq̄ illud vniuersi
qui integro sunt animo:

16 Vtinam exurgat quisquam mecū
aduersus homines perditos, vtinam se
quisquam mecum opponat his scele-
ratissimis hominibus.

17 Nisi Dñs auxilio fuisset mihi, pe-
riſsem: parū enim abfuit, quin vita spo-
liatus iacuerim in sepulchro.

18 Quoties videbatur pes meus va-
cillare, clementia Domini robor adde-
bat mihi, & stabiliebat me.

Pro

PSALMVS XCIII.

19 Pro multitudine tristium cogitationi mearū, quibus intra me cruciabatur animus meus, cōsolationes tuæ vicissim exhilarabant eum.

20 Nunquid cōmune tibi quicquā erit cum solio & potestate tyranni, qui struit calumniam insontibus, idq; suo more, & tanta calliditate, ut legitime illud facere videatur?

21 Ipsi congregabunt satellites in perniciem iussi, hominem innoxium impietatis damnabunt.

22 Verum Dñs erit meus protector & Deus meus instar munitę arcis, que in altissima rupe extructa est.

23 Et retorquebit in illos iniquitatem, qua oppreserunt alios ipsi: & quemadmodum meretur scelerata vita illorum, subuertet eos funditus: subuertet, inquam, eos ipse Dominus Deus noster.

X C V.

Venite exultemus Domino.

Eia ex

PSALMVS XCV.

EIA exultemus nos Dominum
habere propitium, jubilemus ip-
sum nobis veluti rupem factam
inaccessam hostibus nostris, &
authorem salutis.

2 Ante omnia hoc agamus, ut placi-
do vultu respiciat nos: psalmis iubile-
mus in honorem ipsius.

3 Deus enim magnus est Dominus,
& rex magnus prae omnibus diis.

4 In cuius potestate sunt fundamen-
ta terre, & cacumina montium ab ipso
habent quod sunt.

5 Cuius est mare: ipse enim fecit il-
lud, & terram iussit extare omnipoten-
tia sua extra mare.

6 Eia venite igitur, ut una adore-
mus, & supplices efficiamur: & genua-
flectamus ante Dominum authorem
vitæ & salutis nostræ.

7 Ipse enim Deus est noster, nos au-
tem populus, qui pabulo ipsius vieti-
tamus, & veluti gress ouium curæ &
omnipotentia illius cōmissi hodie igi-

R tur si

PSALMVS XCV.

tur si voci eius auscultaueritis, & age-
re prudenter volueritis,

8 Non obdurabitis cor vestrum, sicut
olim tempore contentionis in deserto ob-
murmurauerunt contra me: & periculi
fecerunt tamen potens essem Deus, ut li-
bidini eorum satisfacere possem.

9 Ibi enim tentauerunt patres vestri,
an possem suppeditare illis, quibus opus
habebant: explorare conati sunt quan-
tum possem ego, quauis vidissent ope-
ra plurima diuinitatis mee argumenta-
ta manifestissima.

10 Quadraginta annis veluti lis mis-
erit huius cuncti illo hominum genere, & dixi assi-
due: populus hic despici manifeste, &
aberrat turpissime: verum ipsis nihil eo-
rum, que ego dicebam, curae erat.

11 Quare quum fine insaniendi non
facerent, iuraui iratus, me non introdu-
ceretur illos in locum illum quieti-
sum, in quem perducere decreueram.

X C V I.
Cantate Domino canticum novum.
Canta

PSALMVS XCVI.

Antate dominum carmine no-
uo, cantate Dominum quo-
t incolitis terram.

2 Cantate Dñm, & celebrate
nomen eius, predicate de dic in diē sa-
lutē qua seruati estis beneficio ipsius.

3 Narrate exteris natiōibus maiestatē
tem ipsius, vniuersis qui vsquā habitat
populis stupenda opera illius.

4 Magnus est enim dñs, et omni lau-
de maior: metuendus etiam illis om-
nibus, qui vsquā habentur pro dijs.

5 Omnia enim, quę reliquę nationes
habent pro dijs, nihil sunt: Dominus
autem est, qui cœlos fecit.

6 Quicquid vsquam est magnificū
& decorum, est in conspectu illius, po-
tentia & ingens gloria illius relucet in
ipsis cœlis, quos sibi pro habitaculo
peculiarius delegit.

7 Quare tribuite Dño, quotq̄t estis
familiae populorum: tribuite, inquam
Dño maiestatem & omnipotentiam.

8 Tribuite Dño eam maiestatē quę

R 2 respon-

PSALMVS XCVII.

respondet nominii ipsius : arripite mū-
nera, & properate ad atria ipsius .

9 Prosternite vos ante Dominum,
veneraturi magnifice sanctam maiesta-
tem illius : metuite ab ipso quotquot
habitatis in terra .

10 Narrate exteris nationibus Dñm
suscepisse regnandi prouinciam : quare
stabiliet orbis, nec vacillabit amplius .

11 Lætabitur cœlum, & exultabit ter-
ra, exiliet præ lætitia mare cum omni-
bus quæ in ipso sunt .

12 Exultabunt campi, gaudebunt ar-
bores vniuersæ in sylvis ipsiis .

13 Propter Dñm quod aduenerit, quod
aduenerit, inquā, iudex futurus ipsius
terre : iudicabit enim orbē terre secun-
dum iustitiam, & populos optimâ fide
gubernauit. XCVII.

Dominus regnauit, exultet.

Dominus regni gubernacula
suscipere dignatus est, exultet
terra, gaudent insulæ nume-
ro plurimæ .

Nubes

PSALMVS XCVII.

2 Nubes & caligo circa illū in terro^m
rem malorū, iustitia autē & æquitas fir
mamentum sunt throni ipsius.

3 Ignis ipsum p̄cedet, & flamma
vndiq̄ vastabit hostes illius.

4 Lucere facient fulgura eius orbem
sensit & expauit p̄ fulgurum multi-
tudine ipsa terra.

5 Montes tanquā cæra soluti sunt, &
p̄ metu apud se non fuerūt propter
pr̄sentiam domini, pr̄sentiam, inquā
Domini vniuersē terræ.

6 Testati sunt céli iustitiā illius, & vi-
derūt vniuersi populi maiestatē illius.

7 Pudefant quotquot colūt sculpti-
le, qui placēt sibi cultu rerū nihili: quin
potius ipsi prosternite vos ante illū in
quotquot estis vsquā, qui pro diis ho-
minum stultitia habemini.

8 Audiuit & gauisa est Sion, & exul-
tauerunt filiae Iudee propter iudicia tua
q̄ impios terroribus exanimas, & pios
exhilaras Domine.

9 Tu certe supra vniuersam es terrā

R ; & po:

PSALMVS XCVIII.

& potestatem habes in omnia, infini-
tis modis ob hęc miracula pręlatus ex
alijs vniuersis dijs.

10 Qui amatis Dñm , odio habete
malitiam: ipse est enim qui animas san-
ctorum suorū custodit, & à tyrannide
imporum eripit illos .

11 Lux orta est iusto : & animo can-
didis lætitia.

12 Gaudete iusti vos Dñm habere p-
pitium, & gratias agite cū veneratione
sanctissimę maiestati illius .

Psalmus. XCVIII.
Cantate Domino canticum nouum,

Cantate Dñm nouo carminis
genere: ipse enī prębet argumē-
ta scribēdi noua plurima, admi-
randa nāq; sunt, q iam recēs de-
signauit: victoriā enim peperit sibi
sua ipsius dextera manu, & brachio san-
ctissimę maiestatis suae.

20 Sic egit dñs cum suis, vt notū esset
omnibus victoriā illam salutiferam
esse ab illo: palam enī videntibus ethni-

CLXII

PSALMVS XCVIII.

Eis argumenta æ didicit iustitiae suæ.

3 Memor factus est misericordie suæ, & fidei
in præstædis, q[uod] promiserat Israeli: vide-
runt quo t[em]p[or]e quor[um] habitant vsquā in vallis
angulis terræ eam salutē, cuius author
nobis fuit ipse noster Deus.

4 Iubilate in honorē Domini quot-
quot habitatis in terra sublata voce ca-
nite, exultate & psallite.

5 Psallite in honorē Dñi cithara, sed
adhibita ad citharā modulatiōe vocis.

6 Sonate taratataris, & clāgitate tuba:
iubilate quantū potestis, ppter aduen-
tum insignis huius regis q[uod] dñs est om[ni]p[ot]er.

7 Strepitū ædat p[er] gaudio mare, &

piscium multitudo innumera, orbis to-

tus cum his, q[uod] degunt in eo, exultet.

8 Flumina iūtis manibus gaudia sua

testetur, ynanimiter montes exultent;

9 Idq[uod] propter Dñm, q[uod] ipse aduenit
prouinciam suscepturus iudicandi

terram: iudicabit orbem terræ secundū

iustitiam, & populos cum æquitate

summa.

XCIX.

R. + Domi:

PSALMVS XCIX.

Dominus regnabit, irascentur.

Via dñs aduenit regnum ad-
ministraturus, contemiscet
Q populi: ille, in qua Dominus
qui sedet super Cherubim, ad-
uenit: quare reuerenter attoniti fient
habitatores terræ.

2 Dñs in Sion magnus, & pro oipo
tente agnitus ab yniuersis populis.

3 Fatebitur nomen tuū magni esse,
& metuendū, & sanctissime augustū.

4 Quamvis potens sit dominus, nō
tyrannidē exercebit, sed æquitatem, cu
iū amantissimus est: tu enim Domine
gubernabis omnia cū equitate summa
iudicium enim & iustitiam in posteris
Iacob exercuisti semper.

5 Exaltate dñm Deum nostrum, &
prosternite vos ad se bellum pedum
ipsius: est enim ipse dignus eo honore
quum sit sanctissimus.

6 Moses & Aaron inter sacerdotes
eius, & Samuel è numero eorū qui in
uocabat nomen ipsius, q̄s semp exau-
diebat.

PSALMVS C.

diebat, qñ eius auxilium implorabat.

7 Ex nube q̄ formā colunæ habebat
loquebas cū eis, paruerūt admonitiō-
bus ipsius : & pactum iniit cum eis .

8 Dñe deus noster tu exaudiebas eos
Deus licet potēs sis, clemēs tñ fuisti ad
preces illorū in alios, etiam eo momē-
to, quo vlciscebaris ea, quæ aduersum
te stulte commenti fuerant.

9 Extollite dñm Deum nostrum &
prostrati cōuertite vos venerabundos
ad coelestem illum montē, in quo ma-
iestas illius sanctā peculiariter appetet:
estenī sanctissimus dñs Deus noster.

Psalmus gratiarū actionis. C.

Iubilate Deo omnis terra.

Vbilate in honorē Domini, quo-
quot in terra versamini.

1 Colite dñm cū lētitia, venite in
conspicuum ipsius cū exultatione.

3 Agnoscite dñm esse illum Deum,
qui fecit nos, neque enim ipsi fecimus
nos, sed populus eius sumus, & grex,
quem ipse pascit assidue.

R. 5 Intrate

PSALMVS CI.

4 Intrate p portas illius gratias actus
n pro acceptis ab eo innumeris benefi-
cij, & per atria cantaturi laudes illius:
laudare illum, & celebrate laudibus no-
men illius.

5 Benignus est enim Dominus, & in
finita misericordie, & in seruandis pro-
missis constantissimus: non vni gene-
ratione tantum, sed omnibus.

6 Ipsius David Psalmus. CI. H.
Misericordiam & iudicium cantabo,

M Isericordiam & æquitatem car-
minibus celebrabo: maxime
autem te Dominum virtutis
omnis largitorē psalmis effe-
ram quantum potero.

7 Ego quidē p viribus operā dabo,
vt familiam honeste instituam, & inte-
gritatis morū studiosus ero: sed cona-
tus mei irriti fient nisi tu adiutoris: qđ
quādo fieri tandem? à te enim adiutoris con-
stanter versabor, p puritate cordis mei
in administratione domus meæ.

8 Nunquam mihi iunitandum pro-
posui

PSALMVS CI.

posui rem vllam iniquam, hominem
superbum semper odio habui, nec vni:
quam familiaris fiet mihi.

4 Qui animum suum studio depræ:
uat, is procul recedere cogetur a me: vi:
rum sceleratum inter notos & amicos
habiturus non sum.

5 Qui loquitur clanculū in perniciē
socij nihil mali suspicātis, illū subuertā
funditus, elatū oculis & animo arrogā
ti ferre nequaquam potero.

6 Oculi mei obseruant illos, qui bo:
na fide versantur in terra, ut illos adiū:
gam mihi, & sedeāt iuxta me: qui inte:
grae fuerit vitæ, ille ministrabit mihi.

7 Nō ferā, ut habitet quisquā in cedi:
bus meis fraudulētus, neq; is qui men:
dacijs assuevit, durabit apud me.

8 Summo mane subuertam impios
exleges, qui plurim. versantur in terra
ut exterminētur ē ciuitate domini vni
uersi scelerum p̄tratores.

Precatio pauperis, quum in cōrore
affectus, veluti in sinum Dñi effun:
deret

PSALMVS CII.

deret querelam suam. CII.
Dominc exaudi orationem meam.

Domine audi precationē meā
& clamor meus admittatur
vīque ad te.

2 Ne abscondas faciem tuam
a me: hoc maxime tempore, quo cala-
mitas premit me, præbe quæso aures
tuas mihi cū clamauero, & votis meis
cito responde.

3 Consumpti enim sunt, veluti fu-
mus cito euanescens: dies vītæ meæ et
ossa mea tanquam focus, assiduo ar-
dore exiccatæ sunt.

4 Simile fæno, quod amputatū ar-
dore solis exiccatur, est cor meum: &
oblitus sum præ nimia calamitate su-
mere cibum mihi.

5 Præ clamorō gemitu factum est,
ut vix hereat ossibus pellis mea.

6 Similis factus sum pellicano, q in
atrijs & desertis habitat locis, & nicti-
coraci cōsortiā reliquarū auiū fugienti.

7 Præ solicitudine somnum non in-
dulsi

PSALMVS CII.

dulsi oculis meis, & similis mihi esse
videbar passeri mœsto, qui solus in fo-
ramine desidet sub tecto.

8 Incessanter per totū diē cōtumelia
afficiunt me inimici mei : & q̄ insultant
mihi, in perniciē meam coniurauerūt.

9 Quare cibus meus non sapuit ma-
gis mihi, quām si cinerem comedissem
& potui meo lachrymas admiscui nō
temperans me à fletu.

10 Propterea qđ iratū te sciebā mihi,
& grauiter offendit: videris extulisse
me in altū, vt grauius corruere faceres

11 Dies mei similes sunt vni- (me.
bræ, q̄ assidue fit maior & tenebris pro-
pinquier: ego enim non aliter q̄ fœnū
breuissime exarescam.

12 Veluti tu Domine perpetuo ve-
luti securus, & nihil immutatus per-
manebis, nec memoriatui villa vñquā
generatione abolebitur.

13 Tu tandem (certo scio) exurges vt
miserearis Sion, & tempus illud redē-
ptionis appetere videtur iam nunc.

Profe₂

PSALMVS CII.

14 Profecto serui tui iampridem de syderio tenetur videndorū lapidū eius & quantūvis misera sit facies, pie tñ erga ruderā eius affecti succurrere cupiūt

15 Tum timebūt gentes nomen dñi quæ nunc insultat nobis: & quotquot sunt reges in tota terra, venerabuntur maiestatem illius.

16 Vbi reædificauerit Dñs Sion, conspicuus apparebit maiestate sua.

17 Connerrit se ad preccationem propter caussas iustissimas dolentis, neque enim fieri poterit, vt contemnat precēs eorum, qui se conuertunt ex animo ad illum.

18 Scribatur hoc propter posteros, vt populus qui nascetur laudet seruatorem Dominum.

19 Dignatus est enim respicere nos ē summo loco, Dominus ē cœlis in ipsam vscq; terram prospexit.

20 Ut audiant gemitū eius, qui vincitus detinetur, vt liberet à vinculis eos qui mortifuerant destinati.

Vthac

PSALMVS CII.

- 21 Vt habeant occasionem cōmemorandi in Sion nomen Domini, & laudes illius in Hierusalem.
- 22 Quod sicut quū simul collecti fuerint populi & facti cōcordes & vnam inter regna cultum Dñi receperint.
- 23 Interim non cessauit atterere, quo cunq; mē verterem, vires meas, & abreviare dies meos.
- 24 Quare dicā mi Deus, ne me hinc sustuleris dimidio dietū meorū, quum paucissimi sint, & anni tui nunquā vla la generatione finem sinthabituri.
- 25 Tu eras priusquam terrae fundamenta iacerētur, & cœli ipsi opus sunt manuum tuarum.
- 26 Ipsi peribūt, tu vero stabilis persistes, & alia oīa quēadmodū vestis attēritur: & veluti pallium mutabis ea, & tuo imperio cedere cogentur.
- 27 Tu vero ipsissimus ille es, q semper fūisti, & anni tui sine carebunt.
- 28 Filii seruorum tuorum secure habi tabunt, & illorum filiorum fūn fauor

retuq

P S A L M V S C I I I .

re tuo in officio continebuntur .

Ipsius Dauid . C III .
Benedic anima mea Dño , & oia quæ .

Ratias age anima mea Dño ,
& quicquid est viriū intra me ,
G nunquā ccesset laudare sanctissi-
mum nomen eius .

2 Gratias age anima mea dño , nec si
nas vñquā excidere memorie tuæ illa
tam varia , quæ in te contulit beneficia .

3 Gratias , inquā , age ei , qui remittit
oem iniquitatē tuam quantuīs varia
sit , & sanat oem ægritudinem tuam .

4 Qui redimit ab interitu , cui desti-
nata fuerat vitam tuam : qui coronat te
& veluti regem facit benignitatis in te
& pietatis officijs .

5 Qui quantuī boni os tuum appete-
re potest , abude suppeditabit tibi , cuius
beneficio quemadmodū aquila q̄ ro-
strum ob vetustatē nimis aduncū abi-
cit , & inuentā recipit : tu quoq; ob pec-
catum squalida , & senescens florem iu-
uentutis recipies .

Iusta

PSALMVS CIII.

¶ Iusta sunt que cūq; facit dñs, nec se
ne summo iudicio premi ad tempus si
net iustos plurimos: nouit enī ipse eius
modi mala bonis alij slōge melioribus
quam mala illa erant, compenfare.

7 Ipse docuit Mosen prēcepta viuēdi
recte: & Israelitis cōfilia sua cōcredidit.

8 Benignus & misericors est dñs, &
ab ira q̄ alienissimus, ad beneficētiam
vero supra q̄ dici potest propensus.

9 Quāuis inimicit̄ inter nos & illā
sint, non tñ futurē sunt perpetuæ neḡ
pro scelerum nostrorum multitudine
memoria retinebit iniurias, quibus il-
lum affecimus.

10 Nec enim affixit nos vñquā pro
magnitudine peccatorū nostrorū, neq;
pro scelerum nostrorum multitudine
p̄cas vñquam sumpfit de nobis.

11 Quamvis enim maxima sit cœli
à terra distantia, maiort̄ est multo be-
nignitas eius in illos, qui cum reueren-
tur, etiam si peccent in eum subinde.

12 Longius q̄ abest Oriens ab Occi-
S dente,

PSALMVS CIII.

dente, amouit à nobis sclera nostra.

13 Sicut pater obliuisci non potest affectus paterni, sed miseret illum filij, etiam dum flagellat ipsum, ita Dominus nunquam desinet esse misericors in eos qui reuerentur illum.

14 Ipse enim nouit fulta desyderia nostra, & in memoria habet quod puluis sumus omnes nos.

15 Homuncio miscrabilis fœno in vita sua similis est, & non aliter, q̄ flosculus aliquis ad tempus florebit.

16 Qui vbi vēto aliquāto duriore aetactus fuerit, emarcescet & auelleat à loco suo: nec locus ille magis agnosceret ipsum postea, q̄ si nunquā floruisse ibi.

17 Benignitas autē dñi ab ēterno fuit & in æternū durabit erga eos, qui reuerenter colunt illū: & iustitiam eius experientur nō solum ipsi qui colunt illū, sed filii ipsorum, & filiorum filij.

18 Comitabitur eos iustitia Domini, ut seruent pactum initum cum ipso, & sic memores sint mandatorum

ipius,

PSALMVS CIII.

ip̄sius, vt op̄ere compleant illa.

19 Dñs in celo firmauit soliū suū, & potestas eius regia ad oīa se extēndit.

20 Quare cū gratiarū actiōe laudate illum angelī ipsius, quorquōt militatis sub ipso, qui prēdicti viribus exequimini mandata ipsius, & cogitis cūcta obe dīre voci & īperio ipsius.

21 Cū gratiarū actiōe laudate illū q̄t quot militatis sub illo satellites illius, qui exequimini quēcūq; fieri vult ille.

22 Laudate Dominū vniuersa opera ipsius, quācunque usquam' estis vli lo loco: omnia enim subiecta sunt ī imperio illius, lauda & tulanimā meā Domīnum.

C III.

Benedic anima mea dñō, Dñe deus.

LAUDA anima meā Dominum,
Dominē mī Deus magnus fa-
ctus es suprā inōdum; & tan-
quam maiestate & gloria indu-
tus, exornatus es vndique.

2 Induit lumen tanquā vestimentū,
extendit cælū tanquam tentorium.

S 2 Qui

P S A L M V S C III.

3 Qui regit aquis supremas partes
illius, q̄ virtutur nubibus, p̄ vēhiculo, vo-
lat velocius q̄ si alas haberet ex vento,

4 Cuius iussu nūc huc, nūc illuc fluāt
venti, & tanquā ministri obsequuntur
dño suo, nec aliter q̄ ministri quoq̄
ille voluerit pergunt ignita fulgura.

5 Fundavit sup̄ bases suā terrā, quare
nō mouebit loco vñquā v̄llo tē pore.

6 Profundissimis aquis veluti vesti-
mento cooperuit eam, supra montes
(si iussit ille) stabunt aquæ.

7 Si increpaueris eas, lenient irā tuā
& fugiēt quoq̄ volueris, & attonite
propter vocē q̄ tonitu similis est festij

8 In altū extollēt lese m̄tes, (nabit
& subsideat valles, vñquodq; eo se cō-
cinebit loco, quē tu designaueris illi,

9 Terminū statuisu aquis, quem nō
transgredientur, nec vñquā sine iussu
tuo rentabunt cooperire terram.

10 Qui deducit fontes in flumios, qui
deinde inter altissimos m̄tes defluent
rapidissime.

Pota

PSALMVS CIII.

11. Potabunt ex eis generis omnis anima
malia quæ in agris degunt, sed abunt
onagri stirim suam ex illis.

12. Supra flumina ipsos, aves quæ in aëre
volitant nidulabuntur, ex medijs arbo-
rum ramis cantillabunt.

13. Humeat montes ex nubibus,
quas in aëre velut æditissimo loco su-
spendit, ex abundantia frugum, quæ ope-
rata tua prouenient, saturabuntur, quæ-
cunque degunt in terra.

14. Proutem facit sua sponte fecerit
in usum brutorum animalium, & ad cul-
turam hominis, reliqua segete, ut accipiat
cibus sibi, quem terra produxit.

15. Proutem facit & vinum quod exhila-
ret cor hominis varijs miserijs obnoxij: o-
leum præterea, quod hilarior reddatur vultus
illius, & panem qui cor hominis confirmet.

16. Humoris summa copia suppedita-
bitur arboribus maximis, & cedris quæ
proutem in Libano tam alte, ut ipse
videri possit plantasse illas.

17. In quibus nidulantur passeris, ci-

S 3 conia

PSALMVS CIII.

tonia nidum suum ponit in abiete.

18 Montibus excelsis gaudent serui,
ad rupes confugiunt erinaci.

19 Fecit lunam certis modis & tem-
poribus mutabilem, sol nouit tempus
occasus sui, absque tali qua luna muta-
tur variatione.

20 Post solis occasum iduces tu dñe
tenebras, & sequetur nox, in ea profe-
ret sese animalia, q̄ per diē in sylvis ho-
minum caussi latuerant.

21 Catuli leonii rugientes, ad prædā se-
tum accingent, vt impetrent ab omni-
potentib⁹ Deo cibum, quo indiget na-
tura illorum.

22 Iterum exortetur sol, & rufsum
recipient sc̄ turmatim in attis sua, vt
cubent per diem.

23 Cubatibus illis, hoies qui per no-
item quieuerant, egredieatur ad perfi-
cienda opera sua, & ad culturā agrorū
suorum usq; ad vesperam.

24 Q̄ eleganti sunt varietate distin-
cta opera tua Domine: nihil non sum-
ma fa-

PSALMVS CIII.

ma sapientia condidisti, plena est terra
varijs possessionibus tuis .

25 Et hoc ingēs mare, cuius littora tā
to à se mutuo distat spatio, innumerā
bilem habet pistum & aliorū, quę de-
gunt in eo, multitudinem.

26 Per ipsum transeūt naues, & ipsi
ceto eas vires tribuisti, vt ridere aude-
at & contemnere reliqua, quę degunt
in mari omnia .

27 Hęc oīa expectant te, vt tu des il-
lis cibū naturę cuiusq; illorū cōuenien-
tem: idq; tempore opportuno.

28 Vbi tu illis suppeditaueris, colli-
gent: vbi manū tuam aperueris, ad sa-
turitatē vsq; implebuntur cibo prō na-
tura vniuersaliter optimo.

29 Si vero iratus auerteris facē tuā
ab eis, cōtinuo turbabuntur: & s̄pira-
culo illo vitę, quod insufflasti, spolia-
ueris ea, interibunt, & in terram vnde
sumpta fuerant, resoluentur .

30 Iterū insufflabis spiritū tuum in
eandem terram, & creabuntur alia in

S 4 locum

PSALMVS CV.

locum illorum quæ interierunt, & in nouabis superficiem terre.

31 Durabit autem maiestas Dñi perpetuo, oblectabit se dominus hac operum suorum varietate.

32 Illius maiestas erit perpetua, qui vbi terrā ipsam vel semel aspicerit, cōtinuo cōtremiscet, & si vel leuiter motes attigerit, prē metu fumabunt.

33 Quare Dominū cantabo per omnem vitam meam, psalmis celebrabo Deum quoad vixero.

34 Grata sit illi cantio mea, vt gaude

re liceat mihi, qđ habeam, ppitiū dñm
35 Extirpabūtur scelerati ex ipsa terra
& impī, qđ nullus sit reliquus, tu vero lauda dñm o anima mea. Halleluja.

C V.

Cōfitemini Dño, & inuocate nomen.

Celebrate Dñm, inuocate nomē illius, facite sciāt exterē natīōes admiranda stratagemata illius.

2 Cantate illum voce, psallite in honorem illius musicis instrumētis, enar-

PSALMVS CV.

1. tis, enarrate hæc tam varia & admiratio
tione digna opera illius .

3 Gratulamini vobis propter augu-
stissimum illud nomen Domini, cuius
tam insigniter numen experti estis gau-
deant corda sanctorum Domini, qui
placere student illi.

4 Quærite Dominum, & robur im-
petrate, ab illo studete comparare vo-
bis fauorem illius assidue .

5 In memoria habere, q̄ mirabilem
operū author fuerit, & q̄ stupenda de-
signauerit, quāmq; æqua sint omnia, q̄
Loquitus est ore suo vñquam.

6 Posteri Abraham cultores illius, si
lii Iacob electi sunt ab illo.

7 Ille est Dominus Deus noster, qui
iudicandi potestatem habet per vni-
uersam terram.

8 Meminit pacti sui, nec obliuiscetur
eius vñquā quidq; enim promisit, cō-
stantissime seruabit, etiam si mille sibi
inruo generationes succedant.

9 Memor erite eius federis, quod per
S S cussit

PSALMVS CV.

tus sit cum Abraham, & iuramēti quo
ipse se astrinxit Isaac.

10 Et quia firmū id esse voluit, certa
veluti lege obligauit se Iacob, & Israeli
perpetuo fœdere astrinxit se.

11 Tibi, inquiēs, dabo terrā Chanaā
vt eā possideas veluti hēreditario iure,
& tanquā patrimonij tui portionem.

12 Quamuis numero essent paucis-
simi, imo propemodum nulli, & in
terra illa peregrini.

13 Et proficiscerētur peregrinorum
mōre ex vna natione in aliam, ex uno
regno ad populū alterius regni, morū
ab altero longe diuersorum.

14 Nunquā tamen permisit vt quis-
quam hq̄im vim faceret illis, quin po-
tius corripuit illorum causa reges.

15 Ne attigeritis, inquiens, christos
meos, & in prophetas meos videte ne
sitatis iniurijs.

16 Et quum aduocasset famē in terrā
illā, in qua peregrinabātur, & omne il-
lud, quod ad panem conficiendū con-
ducere

PSALMVS CV.

Ducere solet, perdidisset.

17 Tum præmisit ante eos virū, seruituti mancipatus fuit Ioseph & veruditus ab eisdē illis, in quōrum gratiam à Domino præmittebatur.

18 Constrinxerūt compede pedem eius, ferro afflicta fuit vira illius.

19 Vsq; ad tēpus, quo id euenit, qd decretū illi à Deo fuerat, sermō videlicet ille, quē suggessit illi Dñs qui & liberauit illū, & à squalore carceris purgatum reddidit illum.

20 Misit rex, & solui iussit illū, is qui imperiū habebat in populo plurimos rationē habuit illius, qui in carcere cōiectus fuerat & liberari iussit eum solutis quibus detinebatur, vinculis ferreis.

21 Statuit illum dominum regiē dominus sue, & imperium dedit illi in omnia quē possidebat ipse.

22 Liberū fecit illi etiam principes regni conqētere in vincula, & multo se niōres sapientiam discere voluit ab illo, & cedere in omnibus illi.

Et in:

PSALMVS CV.

23 Et ingressus est in Aegyptū Israēl,
& Iacob peregrinus fuit in terra Chā.

24 Etauxit ibi dñs populū suum v
hemēter, multitudine & viribus fortio
rem fecit ihs, q seruitute premebat illū.

25 Immutauit animos illorū, vt odio
prosequerētur populū suum, & dolos
meditarentur aduersus seruos suos.

26 Quare misit Mosen seruum suū,
Aaron ipsum quem elegit.

27 Hi adiderūt inter illos, prescriptis
ab ipso verbis, signa quæ iusterat ipse,
& portenta in terra Cham.

28 Immisit tenebras, & caligine in-
volut omnia: bona enī fide exequuti
sunt absq; vlla rebellione, quicquid ab
ipso Deo iniunctum fuerat illis.

29 Mutauit aquas eorū in sanguinē,
& occidit pisces illorum.

30 Produxit terra illorū ranas, in ip
sis penetralibus regum illorum.

31 Iussit, & subito prodij oī generis
maxima muscarū copia, & scinifex ex-
titerunt de improuiso in vniuersis ter-
minis

P S A L M V S A C V .

minis regni illorum.

32 Immisit illis pro pluviā grandī
nem ignēm , flamma vndique corū
scantem in terram illorum .

33 Et percussit vineam & ficiū illorū,
& confregit quicquid fuit usquā arbo-
rum in finib⁹ illorum .

34 Iussit , & continuo extitit locustar-
um maxima copia , & bruchorum in-
numerabilis multitudo .

35 Hæc vastauerunt quicquid virebat
usquam in terris illorum , & vorauer-
unt fructum omnem , quem terra pro-
ducere corporat illis .

36 Percussit præterea omne primoge-
nitum in terris illorum , præcipua om-
nium laborum , propter quæ in agris
colendis sudauerant .

37 Verum eduxit illi sūos onustos
argento & auro , nec erat in tribub⁹ il-
lorum quisquam infirmus .

38 Gaudebat Aegyptus in abitu illo
rum , propter ea quod vehementer me-
tuebat sibi ab illis .

Explan

PSALMVS CV.

39 Expandit nubem, quæ esset illis
Instar vmbraculi per diem : & ignem
Incendit, qui lumine suo pelleret tene-
bras per noctem.

40 Postulauerunt, & induxit cotur-
nicum maximam vim : & pane, cōtra
naturam in aëre nato, ad saturitatem
usque impleuit illos.

41 Aperuitarentē petrā, & maxima
copia effluxerūt aquę, & labebātur in-
star fluminum per loca arentia.

42 Memor enim fuit eius, quod pro
miseraf per sanctitatem suam Abrahā
seruo suo.

43 Quare eduxit populi suum cum
gaudio, & cū exultatione electos suos.

44 Et dedit illis terrā gentium, & la-
bores populorum ipsi possederunt.

45 Nec aliud pro omnibus his ab il-
lis requirebat, q̄. vt parerent statutis ip-
sius, & legem ab ipso latam non vio-
larent. Halleluja.

Halleluja. C VI.
Confitemini Domino quoniam bonus
est.

P S A L M V S I C V I .

Celebrate Dñm , quia benignus
est , nec vlo tempore finem ca-
piet misericordia illius .

2 Quis eloqui poterit potentiam Dñi , aut cōmemorare alijs , q̄ ve-
re sit omnimoda laude dignissimus ?
3 Fœlices sunt illi , qui seruant æquita-
tem à Deo præscriptam : & quisquis ex eo præscripto iustitiae facit quæ fa-
cit , omni tempore .

4 Recordare queso mei Domine cū
eo fauore , quo prosequi soles populū
tuum : inuise me , & diuinę salutis tuę
participem fac me .

5 Ut videam & frui liceat bono , quo
hi fruūtur , quos elegisti tibi : ut gaudeā
quomodo gentes , quæ charę sunt tibi ,
gaudere solent : ut oblectem me vna
cum populo , quem tibi veluti h̄eredi-
tario iure conquisiuisti .

6 Peccauimus & nos oēs , & patres
nostrī : multa iniqua gessimus , nec ab
ipsa impietate abstinuimus .

7 Patres nostri in Aegypto non pru-
denter

P S A L M V S I C V I .

1 denter expenderunt illa stupenda, que
2 pro illis designaueras ipse nō diu me-
3 mores fuerunt omnimodæ, quam to-
4 t̄ies experti fuerant, clementiæ tuæ, sed
5 rebellauerunt potius iuxta mare, & in
6 ipso mari rubro.

7 Ipse tñ seruavit eos habita magis-
8 tratione augustissimi nominis sui, quā
9 eorum, qui salute indigni erant, vt do-
10 ceret re ipsa omnipotentiam suam.

11 Cōminatus est mari rubro, & con-
12 tinuo exaruit: & perduxit eos per pro-
13 fundissimas aquas tanquā per desertū.

14 Et liberauit eos à tyrannide eius,
15 qui illos odio habebat, & redemit eos
16 à violentia inimici.

17 Et cooperuerunt aquæ hostes illo-
18 rum, vt ne vñus quidem ex omnibus
19 reliquis fuerit.

20 Tunc quidem credebant verbis il-
21 lius, & cantabant laudes illius.

22 Verum nō diu persisterunt in fide
23 sed paulopost mutati sunt, & in obli-
24 uionem venerunt ipsis opera illius, nō
25 expes-

PSALMVS CVI.

Expectauerunt consilium illius.

14 Occupiscētia exarserūt in deserto
& periculū facere conati sunt, an vere
potens Deus eset in ipsa solitudine.

15 Ipse certe tribuit illis quod petie-
rant, sed magno ipsorum malo: morte
enim mulcētauit gulam illorum.

16 Et exacerbauit Mosen in castris
ipsum Aaron consecratū Domino.

17 Aperta est terra, & absorpsit Da-
than: & cooperuit eos, qui conspirae-
rant cum Abiron.

18 Subito exarsit ignis in cœtu illo-
rum, flamma exussit impios.

19 Fecerūt sibi vitulum in Horeb, &
prostrauerūt se supplices ante statuam
quam ipst̄ conflauerant.

20 Et mutauerunt diuinā maiestatē,
quę gloria illorū fuerat, in simulachrū
bouis vicitantis fœno.

21 Obliti sunt Dei, q̄ seruator ipsorum
erat, & qui designauit magna in gratiā
ipsorum inter Aegyptios.

22 Stupenda in terra Cham, admira-

Tione

PSALMVS CVI.

tione dignissima iuxta mare rubrum.

23 Quare dixerat se funditus subuer-
surum eos, & fecisset, ni Moses vir illi
charissimus obstitisset in media vasta-
tione, & placasset iram illius, fecissetq;
ne perderet illos.

24 Nihil his omnibus faci meliores
spreuerunt terram defyderabilem, nec
enim crediderunt verbis illius, quibus
promiserat daturum se illam.

25 Murmurauerunt enim in tentorijs
suis, nec obediuerunt præcepto Dñi.

26 Quare tanquā grauiter percus-
sus extulerat in altū manus suas cōtra
illos, vt prosterneret illos in deserto.

27 Vt & posteros illorū corruere fa-
ceret inter impias gentes, & disperge-
ret eos per regiones varias.

28 Et subdiderit se in iugo Baal Phe-
gor, & comederunt sacrificia oblata in
venerationē mortuorū & nihilī dcorū

29 Quibus rebus ad iram prouoca-
uerunt eum, & sequit in illos pestis.

30 Exiit autem Phinees, & suppli-
ciatum

PSALMVS CVI.

cium sumpsit de transgressoribus, &
pestis cessauit continuo.

31 Et reputatum est hoc illi ad iustitiam, in generationem & generationem
usque in perpetuum.

32 Iterum irritauerunt eum iuxta aquas contentionis, ubi & male affectus fuit Moses ipse propter illos.

33 Vexauerant enim animum illius & vacillauit non nihil labijs suis.

34 Nec perdere igitur potuerunt populos, de quibus loquutus fuerat Dominus ad ipsos.

35 Sed ipsis potius dispersi sunt, & captiui abducti a vicinarum regionum populis, ubi & viuere didicerunt secundum improbos mores illorum.

36 Coluerunt enim sculptilia illorum, res eis saepe cessit male, & fuit absurdo tum eis causa malorum.

37 Eodem enim demeritum eiusmodi disciplinis puenerunt, ut filios suos & filias caderem onibus obtulerint crudelissimis

38 Et effuderint sanguinem innoxium

T 2 filios

PSALMVS CVI.

filiorum suorū & filiarū, quos maestas
uerant ante statuas Chanaan, & pol:
luerunt ipsam terrā, quę execrata eam
abominationem véluti inuita sanguini:
nem illorum insontum suscepit.

39 Et abominabiles facti sunt pro:
pter scelerata opera sua, & idololatriæ
studijs suis.

40 Quare excanduit vehemēter do:
minus in populū suum, & abomina:
tus est hereditatem suam.

41 Et tradidit eos diripiēdos gētibus
Dominifacti sunt eorum, qui capitali
odio semper prosequuti fuerant eos.

42 Et grauissime afflixerunt eos ini:
micieorum, & miseri facti sunt tyran:
nide illorum.

43 Sep̄issime numero liberauit eos:
verum ipsi semper sibi similes perrexer:
eunt esse rebelles, & sua potius q̄ diui:
na cōfilia sequi : quare miserrimi facti
sunt propter scelera sua.

44 Attamen respexit quum pessime
esset eis, & quum audirete iulatus eotū

In me

P S A L M V S C V I I .

45 In memoriam reuocauit fœdus,
quod percusserat cum eis, pro inexhau-
sta misericordia sua pœnitentia ductus est.

46 Et effecit, ut gratiosiores essent
apud illos, q̄ captiuos abduxerant eos.

47 Saluos fac nos dñe Deus noster,
& collige nos ex varijs illis natiōibus
per quas dispersi sumus, ut laudare si-
ne impedimento possimus augustissimum
nomen tuū, & occupati in veneratione
tui, laudibus te(vt̄ æquum est) efferre.

48 Omni laude maior dominus De
us Israel, ab æterno usq; in perpetuum
itaq; dicat oīs populus. Am. Halleluia.

¶ Finis libri quarti.

C V I I .

Confitemini Domino quoniā bonus

LAUDATE Dominum quod beni-
gnus sit, nec ullo sæculo non
clementissimus.

2 Fateantur hoc, quos s̄æpe re-
demit Dominus, quos liberauit à ty-
rannide opprimentium eos.

3 Quos ē varijs regionibus in unū

T , collegit

PSALMVS CVII.

collegit, ab Oriente, Occidente, Aqui-
lone, & Austro.

4 Qui antea errauerat p loca deserta
& inuia, nec viā q̄ duceret ad ciuitatē,
qua recipi possent, inueniebat.

5 Qui famem patiebantur & sitiū,
quorum anima intra ipsos mōrōre af-
fecta cruciabatur,

6 Clamauerunt ad dominum, quum-
ægre esset illis : ipse vero ex malis om-
nibus liberauit illos.

7 Et ostendit illis viam rectam, qua
ire possent ad ciuitatem commodissi-
me habitabilem.

8 Celebrēt dñm cū gratiarū actione
cūcti, ob insignem misericordiā illius
& mirabilia opera, q̄ designauit in gra-
tiam posteriorum Adę.

9 Cibū suppeditauit ad saturitatē vf
que laboratibus fame: & animā fame
licam impleuit bono quo indigebat.

10 Quū sederēt in tñbris & horrore
mortis, calamitosi & vinclati ferro

11 Propterea p deseruissent admoni-
tiones

PSALMVS CVII.

tiones Dei salutares, & cōsilia eius qui
est supra omnia contēpsissent.

12 Affixit quidem molestissimis cu-
ris animas illorum : corruerunt enim
nec fuit quisquā qui eis aut poscit aut
succurrere vellet.

13 Verū quisiterū clamarēt implorā-
tes auxilium Dñi, quantūuis res eorū
pessimo eis ēt loco ipse tñ ē malis om-
nibus quibus in angustias extremas re-
dacti fuerant, liberauit eos.

14 Eduxit eos ē tenebris & horrēda
q̄ mortē ipsam minitabat, caligine : &
vincula, quibus vincēti fuerant, rupit.

15 Quare confiteantur Dñm esse mi-
sericordissimū propter hæc & alia inu-
mera, q̄ in gratiam posterorū Adē desi-
gnauit admiratione dignissima.

16 Qui fregit portas æreas, & vectes
ferreos communivit.

17 Ipsos tamen in stultitia persistere
fecit peccandi libido: quare propter ini-
quitates suas affligebātur.

18 Omnem cibū abominata est ani-

T 4 ma il-

P S A L M V S C V I I .

ma illorū , & appropinquauerunt vsque ad ianuas mortis .

19 Verū quum iterū clamauerunt ad Dominū afflīcti grauissime , ipse eos eripuit ex mālis eorum omnibus .

20 Immisit verbū illud salutare suū , quo sanatos esse voluit eos , & liberavit eos ab omnibus , quibus grauissime premebantur malis .

21 Quare agnoscāt Dñi immensam clementiam , & opera stupenda , quē fecit in gratiam posteriorum Adæ .

22 Offerat tibi sacrificia grati animi quibus agnoscant beneficia tua Domine , & commemorent apud alios operā tua libenter & palam .

21 Qui mare ingrediunt nauibus , & negotiantur in aquis illis vastissimis .

24 Illi re ipsa didicerunt , qualia sint opera Dñi , & q̄ admiratione digna , q̄ fiunt ab ipso in profundo mari .

25 Quoties enim libitū fuerit illi , exigit vento tempestatē maximā , & extollit fluctus illos maris vastissimi .

Qui

PSALMVS CVII.

26 Quibus subleuati vectores vna
cū nauibus ascēdere in cœlū usq; vidē-
tur, & iterū velut in barathrū p̄cipi-
tari, quorū animi soluuntur p̄ metu,

27 Raptabūtur nunc huc, nūc illuc,
& motabuntur non aliter, q̄ ebrius: &
quantumuis alioqui variarum rerum
periti & sapientes fuerint, ibi sapien-
tia destituet eos.

28 Nec reliqua illis in ullo alio spes
erit, q̄ in solo Dño, ad quē in periculis
constituti si clamauerint, ipse ex angu-
stis in locū spatiosum educet eos.

29 Continuo enim cessabit tempe-
stas, sequetur serenitas, & subsident flu-
ctus illi maris.

30 Et merito gaudebunt p̄ subsede-
rint: deducet vero eos Dñs recta in eā
regionem quā ipsi nauibus petebant.

31 Quare fateantur Dominū esse cle-
mentissimū, cuius tā extant opera stu-
penda inter posteros Adæ.

32 Et laudibus extollat illū i frēq̄ntia
populi, & in cōfessu senū prædicet illū.

T ; Qui

PSALMVS CVII.

33 Qui dū vult potestatē habet, vt
flumina exiccat, & fiat terra ob sterili-
tatem deserta, & fluenta aquarū cōmu-
tentur in siccitatem & sitim ipsam

34 Ecōtrario terrā olim fructiferā im-
missa falsugine reddere sterile, ob sce-
lera eorum qui inhabitabāt eam.

35 Terram item ob sterilitatem olim
desertā, aquarū riūlis irrigare : & ob
nimiam siccitatē damnatam, fluētis
aquarum donare .

36 Et inducere in eā colonos antea fa-
melicos qui cupiāt post eā mutationē
cōdere ciuitatē illīc, & inhabitare eam

37 Et semen iacere in agros illos no-
uos, & plantare vineam, quē fructum
proferat annuum.

38 Dominus autem conatus illorū se-
cundabit, vt diuites fiant valde: & effi-
ciet ne pecora illorum vel morbo, vel
alia calamitate minuantur.

39 Vbi vero ob scelera iterū eos pu-
nire voluerit, paucissimi fient & abie-
ctissimi, propter variam oppressionē
calamis

PSALMVS CVIII.

calamitatem & anxietatem.

40 Efficiet, vt q̄ presunt eis infames
fiat & sine autoritate, quo fiet vt sub-
diti errēt per loca vacua & inuia.

41 Sed pauperē defendet ab iniuria
& augebit familiā illius, quē admo-
dum ḡrex ouium augeri solet

42 Videbūt & obseruabūt huiusmo-
di mutationes homines recti & gaude-
bunt: scelerati vero & male sibi cōscī-
nō audebunt mutare.

43 Vtinam sint multi sapientes, qui
obseruēt eiusmodi, vt intelligātur pas-
sim ab omnibus beneficia & misericor-
dīc Domini.

Psalmus David. CVIII.

Paratum cor meum deus.

C onstanti sum aīo Deus, quare
& voce cantabo, & psallā instru-
mentis musicis, idq̄ ex animo

2 Profer te nablūm & cithara
vt excitem ipsam auroram

3 Celebrabo te carminibus apud po-
pulos varios Domine, & psalmis can-
tabo

PSALMVS CVIII.

1 Tabo te, vt fama nominis tui in varias
spergatur nationes.

4 Maior est enī clemētia tua, q̄ est di-
stantia celi à terra, & usq; ad nubes per-

tingit constātia tua in p̄stāndis p̄misis
5 Exaltare supra cœlos deus, & appa-
reat per vniuersam terrā maiestas tua.

6 Ut liberent ē malis amici tui, salutē
adfer dextra tua, & respōde votis meis

7 Deus promisit per sanctitatē suam
quę res me maximo gaudio affecit : p̄
misit, inquā, distributurū me Sichem,
& vallem Sucot dimensurum.

8 Ad me p̄tinebit Galaad, meus erit
Manasses, Ephraim fortitudo capitis
mei, Iuda vero dux meus.

9 Moab olla ablutionis meæ, in Idu-
mæam projiciam calceum meū, subie-
cturus illam mihi : usq; ad Philistæos
exultans perueniam.

10 Quis perducet me usque in ci-
uitatem munitam? Quis deducet me
usque in Idumæam?

11 Profecto tu, qui oblitus videbaris
noſtri,

PSALMVS CIX.

nostri, & non iturus cum copijs nostris in prelium.

12 Tribue qu*æ*sumus factus placatior auxilium nobis, ut hostem superare queamus: vana est enim salus que expectatur ab homine.

13 Freti diuino auxilio pugnabimus fortiter: ipse enim concubabit aduersarios nostros.

Ipsius Dauid Psalmus. CIX.

Deus laudem meam ne tacueris.

Deus author & materia gloriae meae, & ne quod so dissimula.
2 Os eni*m* su*m* ipius & h*o* frau dulcetus aduersum me aperuerunt, v*s*i sunt apud me lingua m*ed*aci.

3 Verbis ab odio profectis omni ex parte aggressi sunt me, sine v*illa* caussa oppugnauerunt me.

4 Quum ego illos amore prosequer*r*, ipsi perdere conab*at*ur me: ego vero hoc vid*e*s, ad precatione*n* recurri, n*o* habens perfugium aliud.

5 Rependerunt enim mihi malu*m* pro bono,

PSALMVS CIX.

bono, & odiū pro amore meo in illos

6 Prēfice ergo virū illi impium, et an gelus vexator astet ad dexterā illius

7 Q̄jum causa illius traſtrata fuerit in iudicio, nō abeat illinc nisi impietas condēnatus, et precatio illius magis exasperet iudicē, & augeat peccatū potius q̄ remissionem impetrat

8 Sint dies illius pauci, & p̄fectu ram illius accipiat alter.

9 Fiant filij eius orphani, & vxor il lius vidua.

10 Cursit̄ sursum & deorsum filij illius ut mendicet̄, & p̄e penuria rei familiaris, relictis domibus suis vacuis cibum querere cogātur mendicāto.

11 Perdat exāctor quicquid pertinet ad illū, & diripiāt extranei, quicquid suo labore conquisiuerat ipse.

12 Nec sit quisquā, qui vllum huma nitatis illi p̄estet officium, vel quem misereat liberorum illius.

13 Sit finis illius interitus, in genera tione q̄ proxime mortem sequetur
delea-

PSALMVS CIX.

deleatur, & nomen illius & filiorum.

14 Reuocetur in memorā iniquitas
progenitorū ipsius apud Dñm, & pec-
catum matris illius nō deleatur.

15 Sint hęc veluti ob oculos posita
Dño, sed in obliuionē veniat apud ho-
mines, qui terrā incolunt, si quid gessit
vnquam dignum memoratu.

16 Propterea q̄ ne semel quidem in
mentē venit illi pietatis erga proximū
exercēdā, sed persequutus est virū af-
fictum, humano auxilio destitutū, &
fractum animo, vt occideret illum.

17 Amauit enim immanitatē, & cō-
tinget illi, odio habuit humanitatē,
& procul recedet ab illo.

18 Omni ex parte armauit se maledi-
centia, & tanquā veste sua cōtexit ea se
se, & penetrauit quemadmodū aqua,
quā quis bibit vscq; in penetralia yen-
tris, imo velut in osa illius.

19 Quare sit illi (quia ita voluit) ve-
luti pallium, q̄sto cooperire totum so-
let sese, & veluti cingulum, quod to-
tum am:

PSALMVS CIX.

tum ambire hominem consuevit.

20 Hæc sit merces eorū à Dño q̄ mā
le voluit mihi, & qui exercet caninā fa-
cundiam suam in perniciem meam.

21 Interim tū dñe Deus træcta me p̄
genuina clemētia tua q̄ nominis tuo re-
spōdet, & quia tā benigniter misericors
es in oēs, libera etiam ē malis me.

22 Quia pauper & humano p̄fiss-
dio destitutus ego sum, & cor meum
p̄ mōrōre languet intra me.

23 Sicut vmbra, q̄ inclinante iam die
assidue crescit, & tenebris noctis pro-
pinquier fit, ita, & ego abiī, & abeo assi-
due magis interim vagari cogor de lo-
co ad locum, quemadmodum locusta
saltat nunc huc nunc illuc, nullam cer-
tam habens sedem.

24 Genua mea nutāt p̄æ ieunio, &
caro mea exuta est pinguedine.

25 Quicqd facio ludibrio sum illis, q̄
ties vident me, moto capite rident me.

26 Suppetias fer mihi Domine mi-
Deus, salutem adfer mihi pro inex-
hausta

PSALMVS CIX.

Iusta benigntate tua.

27 Vt sciant nō illos suis viribus hēc
potuisse cōtra me : sed quia tibi visum
fuit ad hunc modū patientiam meam
exercere Domine.

28 Excentur , & male velint mihi
(modo faueas tu) nihil poterunt enim
si insurrexerint in me,in ipso conatu
deficient,& infames fient, seruus au:
tem tuus gaudebit,

29 Cōtegant vndiq; ignominia, ye:
luti ueste aduersarij mei, te induant to
ti tanquā pallio, infamia q̄ digni sunt.

30 Celebrabo Dominum totis viri:
bus ore meo, & in medio multorū pa:
lam laudabo illum .

31 Astitit enim ad dexteram egeno,
vt defenderet & seruaret illum à vio:
lentia eorum, qui falso iudicio perde:
re conabantur illum.

Ipsius David Psalmus .

C X.

Dixit Dominus domino meo .

V Dicit

PSALMVS CX.

Dixit Dñs dño meo, sede à deo
xtris mihi, quoad fecero qui
nūc sunt inimici tui tā subie-
ctos, vt conculcare illos pedi-
bus possis, nō aliter q̄ scabellum solet.
2 Robur fortitudinis tuę emitte do-
minus ex Sion: itaq; dominare inuitis
omnibus, in medio hostium tuorum
3 Populus tuus sp̄otaneas offeret &
liberales oblatiōes tibi, q̄ tempore ap-
parebit oipotentia tua, & oimodus il-
le decor, q̄ te comitabitur ante aurorā
enī cecidit, qui gratosissimū te faciet
omnibus, ros nariuitatis tuæ.

4 Iurauit Dominus, nec vnquā pœ-
nitebit eum, tu eris sacerdos in perpe-
tuum, iuxta ritum à me prescriptum
Melchisedech.

5 Dñs astas tibi à dextris percussit re-
ges, quum irasperetur illis propter te.

6 Supplicium sumet de gentibus q̄
rebellabunt tibi, plena erūt omnia ca-
daueribus: percutiet hostium tuorum
caput, cuius ditio latissime extenderat

sese

PSALMVS CXI.

fese per terram nobilissimam.

7 E flumine in transitu bibet, propter
terea exaltabit caput.

Halleluja. CXI.

Confitebor tibi Dñe in toto corde.

O Mnia mea dño accepta referā
ex toto pectore, palam in cœ
tu & cōgregatione iustorum.

2 Magna sunt opera Domini
quod constat omnibus illis, qui pio
studio scrutantur ea.

3 Laude & honore dignum est, quic
quid facit Dñs, à genuina enī sua iusti
tia recedere non poterit vnquam.

4 Effecit ne vnquā perire possit mea
memoria operū suorum tā mirabilem,
misericors ipse & pius Dominus.

5 Spolia hostiū diuisit cultoribus su
is, in memoria habebit paetū suū per-

6 Quāta fuerit opus potē. (petuo.
tia priusquā fieri potuerint, quæ fecit,
ostendit re ipsa populo suo, quum da
rer illi possessiones aliarū nationū pul
sis illinc illis, quorum fuerant antea.

V 3 Opera

P S A L M V S C X I I .

7 Opera manuū illius fidei, & cqui-
tatis sunt plenissima, optima fide sta-
tuit, & utiliter quęcunq; statuit.

8 Confirmata sunt, nec conuelli po-
terunt vlo vnaquam sēculo : decreta
enim ab eo sunt optima fide, & sum-
ma cum æquitate.

9 Liberationem attulit populo suo,
decrevit p̄petuo duraturum pactū,
quod inīct cū suis, is cuius nō men san-
ctissimum est & augustissimum.

10 Initium solide sapientiae est timor
quo reueremur Dominum, & pruden-
tia salutaris manet illos, qui se se exer-
cent in his : laudem enim assequentur
p̄petuo duraturam.

Halleluja. C X I I .

Beatus vir qui timet Dominum.

Eatus vir qui reueretur dñm, in
Bimanda tis illius inueniet quibus
oblectare se poterit mirifice.

2 Potens in terra erit semen il-
lius, generatio candida Domini benefi-
cio beatissima erit.

Abun

PSALMVS XCII.

3 Absidentia & diuitię in domo illius
iustitia illius stabilis erit perpetuo.

4 Exorietur, alijs desidentibus in te-
nebris, lux rectis : clementi videlicet,
pío, & iusto.

5 Fœlix vir qui misericordia moue-
tur erga pauperes, & mutuo dat:dabit
enim illi Dominus eam prudentiam,
ut dispensare sciāt reliqua, quæ tractan-
da illi erunt cum iudicio.

6 Nunquā loco suo mouebit, & ī me
moria erit perpetua, tanquā vir iustus.

7 A rumore mali alicuius appropin-
quantis nihil metuet sibi: constans enī
erit perpetuo animus eius, & ppter ea
q̄ propitiū habeat dñm, imperterritus

8 Animo erit præsenti, nec quenquā
timebit: quin potius tandem visurus
est in hostibus suis, qualia quiuis alius
vellet in suis.

9 Elargitus est sua pauperibus, qua-
re iustitia illius stabilis erit perpetuo, et
cornu eius augebit assidue cum glòria

10 Impius aspicere cogetur hęc, & ha-
bitat

PSALMVS CXIII.

bebūt illū pessime frendet dentibus &
cōtabescet: studium impiorū , q̄ noce-
re cupiūt p̄is, inefficax erit & peribit.

Halleluia. C XIII.

Laudate pueri Dominum.

Audate serui dñi Dñm , laudi-
bus efferte nomen Domini.

L 2 Celebreſ nomen Dñi laudi-
bus, ab h o c tpe vſq; in ppetuū.

3 Ab ortu ſolis vſq; ad occafum, lau-
dibus merito extolleſetur nomen Dñi.

4 Exaltatus eſt ſuper oēs gentes dñs
& ſupra cœlos maiestas eius.

5 Quis ſimilis eſt dño Deo noſtro, q̄
ſeipſum in altum erigit, vt ſedeat quo-
cunq; loco libitum fuerit illis?

6 Et rurſus ſeipſum conuerterit ad cō-
templanda quæcunque fiant, vel in
cœlo, vel in terra.

7 Qui erigit, quoties vult, iacentem
in puluere pauperem, & ē luto extra-
etum egenum præficiet alijs.

8 Ut ſedere liceat illi inter primores,
primores inquā, quibus data prouin-
cia eſt

PSALMVS CXIII.

cia est gubernandi populi Domini.

9 Qui facit s̄pē numero, ut domus
ob sterilatatem matronæ vacua, habi-
tatiſſima fiat: & quę antea natura fue-
rat ſterilis, fiat mater ob multitudinē
liberorum gaudens.

Halleluia. CXIII.

In exitu Iſraēl de Aegypto.

Q Vum egredetur Iſraēl ex
Aegypto, & posteri Iacob re-
linquerēt populū alterius, q̄
qua ipsi loquerētur, linguae.

2 Tunc fiebat Iuda particeps sancti-
monię Dei, & totus Iſraēl p̄c c̄teris
nationibus ditioni eius ſubijecbatur.

3 Mare ſenſit p̄ſentia diuini numi-
nis, & fugit: Iordanis abīt retrorsum.

4 Montes ſubſilierūt tanquā arietes,
& colles veluti agni ouium.

5 Quid accidit tibi o mare quod fu-
geris, o Iordanis quod receperis te
retrorsum?

6 Et vobis mōribus p̄ ſubſilieritis tā
quam arietes, & collibus p̄ exilieritis

V 4 sicut

PSALMVS CXV.

sicut agni lasciuētes iter reliquas oves

7 Prēsentia dñi in caussa fuit qd ipsa
cōtremuerī tota terra: ille Dñs in caus-
sa fuit, qui idem Deus est Iacob.

8 Qui cōtra naturā lapidis effecit, vt
ē petra maxima copia effluerint aquē,
& ē silice veluti ē fonte maximo.

C X V.

Non nobis dñe, non nobis, sed nomi.

Non quasi nos mereamur Do-
mine, non inquam quasi nos
mereamur, sed ne noministui
maiestas ledatur, libera nos p-
tua benignitate, & fide qua te obstrin-
xisti ad futurum nobis.

2 An æquo aio ferre diutius poteris,
vt q nos affligat impij, cū iniuria nois
tui dicant: vbi nunc deus est horum?

3 Certe Deus noster est in celo, vnde
quicqd illi vnq libitū fuit facere, fecit.

4 Vestre autem statuæ, quas pro dijs
habetis, nihil q argentii sunt & aurum,
opera hominis manu facta.

5 Formā oris insculpsit illis artifex,
sed

P S A L M V S C X V .

sed vsum addere nō potuit: nihil enim
sonare queunt: oculos præterea ab arti-
fice datos habent, sed quibus nihil om-
nino videre possint.

6 Aures insuper, quibus nihil audiāt
nares quibus nihil olfaciant.

7 Manus etiā, sed qbus palpare neque
ant: pedes quibus incedere nō valeant:

guttur quo nullum sonū edere possint
8 Similes fiāt his statuis, & q faciunt
eas, & quotq spem suam ponūt in eis.

9 Tu autē Israel spem tuam pone in
dño: suppetias enim feret, & veluti scu-
to proteget, quotquot credunt se illi.

10 Domus Aaron fidite domino, au-
xilio enim erit, & veluti scuto proteget
quotquot credunt se illi.

11 Qui reuerēter colitis Dominum,
fidite Domino, nihil desperantes: auxi-
lio enim erit, & veluti scuto proteget
illos, quotquot tales sunt.

12 Dñs nunquā nō pro sua benigni-
tate memor fuit nostri, quare & nūc fa-
ciet bene: faciet inquam bene populo

V s Israeli

PSALMVS CXV.

Israeli, faciet & bene familie Aaron.

13 Bene etiā faciet quorūt reuerētur
Dñm, siue parui fuerint, siue magni.

14 Addet ad vetera beneficia etiā no-
ua vobis, vobis inquā & filijs vestris.

15 Chari enim estis vos illi domino
qui author est cœli & terræ.

16 Cœlum hoc ingens, vastum hoc
inquā, cœlum, solus absq; humano mi-
nisterio gubernat Dominus, tertæ ve-
ro posteros præfecit Adæ.

17 Nō poterunt q; mortui sunt apud
vivos laudare scrutorē omnium Do-
minum: neq; illi quorum corpora se-
puta sunt, hic inter viuos poterūt præ-
conis extollere Deum.

18 Sed nos quoad vixerimus lauda-
bimus Dñm, ab hoc tempore usq; in
finem vitę perpetuo. Halleluja.

C X VI.

Dilexi qm̄ exaudiet Dñs.

Maui dñm, q; exauditurum

confidam illum preces meas

2 Olim enim sape præbuit

aurem

A

PSALMVS CXVI.

2 Urē suā mihi, quare q̄ad vixero, non
aliò clamoribus meis recurrā q̄ ad ip=

3 Cinxerāt me funes morti- (sum,
feri, & p̄sentissima pericula corruen-
di in sepulchrū apprehenderāt me: ni-
hil pr̄ter afflictionem & anxietatem
inuenēram circa me.

4 Quare ego auxilium dñi implora
bā dicēs: obsecro dñe libera aīam meā
5 Et cōtinuo deprehēdi misericordē
esse Dñm & iustum, & Deum nostrū
pietatis obliuisci non posse.

6 Custos est Dñs eorū, qui per se sa-
pere non possunt: quum cñim afflige-
ter grauiissime, & consiliū expers essem
ipse saluauit me.

7 Redi anima mea ad veterem tran-
quillitatem tuam: dominus enim pro-
te persoluit, quicquid debebas tu.

8 Liberasti dñe à morte animā meā
oculū meū à fletu, & pedes meos à la-

9 Securus obambulabo post (psu
hac sub tutela Dñi in atrīs eius, vna
cum illis, qui viuunt vere.

Cre:

Roman

PSALMVS CXVI.

Credidi propter quod loq.

10 Firmissime credidi, quare & loquebar confidenter, etiam quum gravissime periclitarer.

11 Imo in trepidatione & summa p: pemodii desperatione mea constanter dicebā: oīs quidem homo mentitur, & fallere potest, verū Deus nequaquam.

12 Quid retribuā dñō, cuius tā varia extant in me redemptoris beneficia?

13 Poculū gratiarū actiōis pro nouo hoc salutis genere in altū sustollam, & auxilium Dñi implorare nō desinam

14 Vota mea vtiq: dñō persoluā p: lam in prēsentia totius populi illius.

15 Grauate Dñs nec temere occidi s̄tit quenquam sanctorum suorū: chartissimi enim sunt illi.

16 Merito te amo benignissime dñe, quod me seruū tuū: me inquā seruum tuum, & filiū ancillę tuę dignatus sis, effracto carcere, ē vinculis eripere.

17 Quare offerā tibi sacrificia, quibus maxie delectaris, & acceptis videlicet benefi

P S A L M V S . C X V I I .

beneficijs gratiarū actiones, nec desinā
vnquā auxilium Domini implorare.

18 Hęc vota mea dñio persoluam pa-
lam spectante vniuerso populo ipsius

19 In ipsis atrijs domus Dñi, in me-
dio Hierusalem. Halleluia.

C X V I I .

Laudate Dominum omnes gentes .

Laudate Dñm vnquierę gentes,
laudibus extollite illum, quot-
quot vsquam estis populi.

2 Copiosissime enim usus est
erga nos genuina misericordia sua, &
cōstantia ipsius in promissis duratura
est perpetuo, C X V I I I .

Confitemini domino quoniā bonus.

LAUDATE DOMINUM: benignus
est enim, & perpetuo duratura
est clementia illius.

2 Fateatur ex animo hoc Isra-
el, perpetuo duraturā clementiā illius.

3 Fateantur ex aio posteri Aaron, qđ
perpetuo duratura sit clementia illius,

4 Fateātur ex animo hoc, quotquot
reue-

PSALMVS. CXVIII

reuerentur illum, quod nunquam nō
sit misericordissimus ipse.

5 Quum essem cōstitutus in pericu-
lis, imploravi auxilium seruatoris Do-
mini, qui & exaudiuit me, & perdu-
xit me in locum spatiōsum idē serua-
tor ille Dominus.

6 Dñs adest mihi, quare nō timebo
quicqd moliaſ aduersum me homo.

7 Dominus stat pro me, inter auxi-
liantes mihi ipse præcipuus est: quare
videbo euenire hostibus meis, qualia
quisquam optaret suis.

8 Multo est melius spem suā collo-
care in Dño, q̄ fidere cuius hominī.

9 Multo est melius spem suā collo-
care in Dño, q̄ fidere vlli principum.

10 Etiā si varię gentes circūdederint
me nihil sollicitus ero: fretus enī auxi-
lio Domini facile perdam omnes.

11 Cingat me & diligentissime circū-
dent, nihil tñ metuam, sed fretus auxi-
lio Domini perdam omnes.

12 Circudent me tā copiosi & mor-
daces

VIII
quam nō
in principe
autoris Do
& perde
idē fera
timido
e homin
ter audi
e quare
qualia
tollit
inī.
ollo:
sum,
derit
anci
cind
acci
not
les

PSALMVS CXVIII.

daces, q̄ esse solent examina apum, extinguentur tā subito, q̄ ignis per stipulas volitans: Dñi enim fretus auxilio nullo negocio subuertam illos.

13. Maximo studio conatus est aduersarius meus sic impellere me ut caderem, verū Dominus auxilio fuit mihi

14. Fortitudo mea & argumentū carnis mei ipse est seruator Dominus: quare confido futurum, vt author mīhi fiat omnimodē salutis.

15. Tum audietur vox exultationis, & pro adepta salute gratulationis in ædibus iustorum: dextera enim domini operabitur in eis fortiter.

16. Dextera Domini exaltribitur, dextera Domini operabitur fortiter.

17. Non moriar sed viuam, & commemorabo opera domini.

18. Docendo diligēter docuit mēdo minus, nec mortis tradidit me.

19. Aperite mihi portas iustitiae, & ingrediar per eas, & gratiarum actionibus laudabo seruatorem Dominum.

Hæc

PSALMVS CXVIII.

- 20 Hæc est illa porta Domini; iusit
ingredientur per eam.
- 21 Gratias agam tibi quod affixeris
me, & iterum salute donaueris me.
- 22 Lapidē repudiauerūt ædificantes,
sed factus est ille in caput anguli.
- 23 A Dño factum est illud, & est res
mirifice mirabilis in oculis nostris.
- 24 Hunc diem fecit Dominus, exul-
temus & lætemur in eo.
- 25 Quesumus dñe serua nos nūc, que-
sumus Dñe fœlicitatem adfer nūc.
- 26 Oī laude maior hic est, q̄ aduenit
legatus à Dño ad nos: bene precati su-
mus vobis, & nos ē domo dñi, & feli-
27 bOpotēs Deus (ces iudicauimus
dñs est, & illuminat nos: quare colliga-
te sub dñm festum ramos, & templū
ornate usque ad cornu altaris.
- 28 Deus meus es tu: quare cū gratia-
rum actione laudabo te, & laudibus te
Deum meum extollam.
- 29 Celebrate dñm: benignus est enī,
& nullo vñquā tēpore nō misericors.

Beati

VIRG.
PSALMVS CXIX.

CXIX. ♫ Aleph.

Beati immaculati in via.

FOelices, qui innocēter viuūt in
hac vita, & quotquot ambulant
secundum doctrinam Domini.

2 Fœlices, qui obtemperat ad
monitionibus illius, & toto pectore stu-
dent placere illi.

3 Profecto tales nullū scelus admit-
tent, sed recta per vias, quas illis mon-
stravit, gradientur.

4 Tu præcepisti mandata tua obser-
uari diligentia summa.

5 Vtinā dirigantur abs te gressus mei
vt possim per omnia obsequi sanctissi-
mis præceptionibus tuis.

6 Tunc enim nunquam pudefierē,
sed semper ante oculos haberem vni-
uersa mandata tua.

7 Celebrabo te pectore cädidissimo
vbi docueris me rationē equitatis tuę.

8 Mandata tua obseruabo pro viri-
bus, nisi tu destitueris me auxilio tuo.

♫ Beth.
X In quo

PSALMVS CXIX.

In quo corrigit adolescētior.

Qua maxime re corrigerē poterit ad:
oleſcens licentiosius virē ſuā genus
nulla magis q̄ ſi diligenter obſeruaue-
rit verba tua.

2 Toto pectore ſtudui placere tibi,
quare ne ſinas quāſo aberrare me à
mandatis tuis.

3 In animo meo reponui verba tua,
ne peccem tibi.

4 O inni laude maior tu Domine,
doce quēſo me prēcepta tua.

5 Labijs meis recenſui omnia iudicia
profecta ab ore tuo.

6 Modus & ordo admonitionū tua-
rū oblectauit me quantū nullę diuitię

7 In mandatis tuis exercebo me , &
diligenter expendam ſemitas tuas.

8 In præceptis tuis oblectabo me,
nec obliuiscar verborum tuorum .

ג Gimel.

Retribue ſeruo tuo.

Hoc prēſta ſeruo tuo, vt viuere liceat
& parere mandatis tuis.

Aperi

PSALMVS CXIX.

2 Aperi oculos animi mei, ut intelligere queam admiranda illa mysteria,
que continentur in doctrina tua.

3 Peregrinus sum ego in terra, ne celaueris queso me mandata tua.

4 Fractus est animus meus praemio & perpetuo desiderio cognoscendi æquissima iudicia tua.

5 Increpasti acriter superbos, execrabilis es quotque aberratus a mandatis tuis

6 Libera me a probro & contemptu illorum superborum, quia admonitiones tuas custodiu.

7 Quoties federunt congregati principes, ut contra me loquerentur, seruus tuus nihil aliud quod exercebat se in mandatis tuis.

8 Profecto admonitiones tuis. tuæ oblectauerunt me, & fuerunt veritati virtutis consilijs mihi.

Daleth.

Adhæsit paumento anima.
Adhæsit pulueri anima mea, & tantum non perire, restitue me pristinè valetus dini iuxta promissa tua.

X 2 Opera

PSALMVS CXIX.

2 Opera mea recensui, quare exaudi
st̄i me: doce q̄so me intelligere mādata

3 Genuinā sententiam man- (tua.
datorum tuorum assequi fac me : hoc
si mihi contigerit, exercebo diligenter
me in mirabilibus tuis.

4 Solutus est mihi animus p̄e anxie
tate , rege me secundum verbū tuum.

5 Studiū mentiendi & fucate viuen-
di aufer à me, secundū legē vero tuam
misericorditer træcta me.

6 Genus vitæ candidum & cōstans
elegi, & æquissima iudicia tua propo-
sui ante oculos mihi.

7 Sectatus sum testimonia tua Do-
mine, ne vñquam sinas me cum pudo-
re frustrari spe mea.

8 Per viam mandatorū tuorū currā,
vbi tu gaudio dilataueris cor meum.

¶ He.

Legem pone mihi Domine.

1 Doce me dñe intelligentiam man-
datorū tuorū, vt ad eam seruandā quo-
ad vixero, accommodem me.

Eam

PSALMVS CXIX.

2 Eam prudentiā tribue mihi, vt in:
telligam, atq; ita præstē, quę præscribit
lex tua, & obseruem toto pectore, ne
quid faciam contra.

3 Deduc me secundum genuinā sens
tentiam mandatorū tuorū: hoc enim
semper optauī maxime.

4 Inclina cor meum in amorem pr
ceptionum tuarū, & ab avaritia quam
alienissimum effice me.

5 Auerte oculos meos, ne capiantur
amore rerū vanissimaru, quin potius
tuis admonitiōibus advitā perduc me

6 Propone seruo tuo eum sermonē,
q; maxime inuitat ad venerationē tui.

7 Aufer infamiam, à qua metui mi
hi: iudicia enim tua clementiæ admis
xtum habent plurimum.

8 Ego certe amavi mandata tua, qua
re pro tua equitate in vita cōserua me.

Vau.
Et veniat super me mīa:

1 Contingat mihi, vt particeps fiam
omniū modę benignitatis tuę Domine,

X 3 & salu,

PSALMVS CXIX.

& salutis, quā promittunt verba tua.

2 Ut habeam quod respondeam ei,
qui exprobrat mihi, q̄ dicere soleam
fidere me promissioni tuae.

3 Quare ne vñquā finas quēso īrriū
fieri hoc qđ s̄æpe dixi & vere : iudicia
enī tua expectauī , qbus palā fieri mea
ne an aduersariorum cauſa sit melior.

4 Ut obſeruem legem tuam affidue
longo tempore, imō ſemper .

5 Et ut ambulare queā ſine offendī-
culo per loca ſpatioſa: mandatorū enī
tuorum ſtudioſus inueſtigato r fui.

6 Quare & loqui audebo de tuis cō-
ſtitutionibus in conſpectu regum con-
ſtanter & ſine villo pudore.

men tuum perpetuo, & (si fieri pos-
set) etiam ultra.

3 Magnus Dñs, & modis omnibus
dignus laude: & eius magnitudinis, ut
nemo perscrutari possit illam.

4 Generatio vna veluti per manus
tradet alteri laudes operum tuorum,
& oipotentiam tuam annun̄ciabit.

5 Gloriam maiestatis tuę magnifi-
centissimę, & res à te clarissime cum
omnium admiratione gestas, studiose
alijs cominemorabo.

6 Ut illi robur mirabilium operum
tuorum alijs énarrent, ego vero ma-
gnitudinem tuam pro viribus scripto
ad posteros transmittam.

7 Ut illi memoriam imensem magnitu-
dinis tuę plenis buccis celebrēt, & æq-
tatem tuā summo cū gaudio cantent.

Mile-

PSALMVS CXLV.

- 8 Misericors & clemēs Dñs, tardus
ad irā, ad clemētiā autē, p̄nus misifice
9 Benignus Dñs in oēs, & oīmoda
mīa relucet in oībus operibus ipsius.
10 Quare cū gratiarū actione lauda:
būt te Dñe vniuersa opera tua. p̄cipue
autē sc̄ti tui magnifice loquent̄ de te.
11 Magnificentia regni tui loquētur,
& omnipotētiam tuam prēdicabunt
12 Ut sciāt posteri Adē oīpotentiam
Dei, & magnificētiss. gloriā regni ipsi:
13 Regnū tuum regnū est oīm (us.
seculorum, & potestas tua regia extē:
dit se in generationes omnes.
14 Sustentat Dominus omnes nu:
tantes, & erigit collapsos.
15 Oculi oīm intentisunt in te, & tu
suppeditas illis cibū tēpore oportuno
16 Aperies manū tuā, & satiabis vnū
quodque animalium cibo suo.
17 Iustus est modis omnibus domi:
nus, & pius in omnia opera sua.
18 Prope adest Dñs vniuersis q̄ iuo:
cā illum: vniuersis inquā illis, qui im:
plorant

PSAL. CXLVI.

plorant ex animo auxilium illius.

19 Quicqd optauerint, qui reuerēter
colunt illū, faciet, & clamorē illorum
audiet, & salutem adferet illis.

20 Curæ sunt dñō vniuersi q̄ amāt
illum, impios autem ipsos subuertet;

21 Laudes dñi sonabit os meum, &
laudabit oīs caro nomē insigniter san-
ctū illius in perpetuū, & (si fieri posit)
vltra. Halleluia. C XLVI.

Lauda anima mea Dñm.

LAUDA ô anima mea dominum
2 Totus ego laudabo Dñm p
oēm vitā mēa: psalmos cātabo
in laudē Dei mēi q̄ad vixerō.

3 Nolite fidere principib⁹, neq; vlli
ex posteris Ad⁹: non enim habent po-
testatem beandi quempiam.

4 Auolauit spiritus ille vitalis illor⁹
& resoluentur in terram vnde prodie-
rant: & ipso die mortis peribunt om-
nia consilia illorum.

5 Felix cui deus Iacob adiumento est
& cui sita est omnis spes in deo suo.

Qui

P S A L M O C X L V I I .

6 Qui author est cœli & terræ, mis-
is & omnium que in illis sunt: qui et
fidem seruat perpetuo.

7 Qui vlcscitur iniustâ oppre-
sis, q cibū suppeditat esurientibus, ille
dñs qui liberat e vinculis captiuos.

8 Ille dñs q visum tribuit cæcis, ille
dñs q recte incedere facit claudos, ille
inquam dñs qui amicus est iustorum.

9 Ille dñs, qui curâ gerit peregrino-
rum, qui pupillū & viduam cōfortat
& viam impiorum subuertit.

10 Regnabit dñs perpetuo Deus tu-
us ô Sion, in generationem & genera-
tionem absq; villo fine. Halleluja.

Halleluja. C X L V I I .
Laudate Dñm quoniam bonus est.

Audate deū quia benignus est,
psalmis cantate Deum nostrū,
q a gratioſissimus est, & ipſum
maxime decet laus.

2 Extruit enī Hierusalē Dñs, exules
populi Israēlitici dispersos cōgregabit

3 Ille hoc faciet Dominus, qui sanat
eos

PSALMVS CXLVII.

eos qui fracto sunt animo, & leniter curat dolores illorum.

4 Qui in numerato habet innumeras alioqui stellas, & singulas illarum suis appellat nominibus.

5 Magnus est dñs noster & potentia infinita: eorū quę ipse summa prudētia facit, nullus est numerus.

6 Subleuat mansuetos dñs, prosternit vero impios vscg in terram.

7 Cantate dominū cum gratiarum actione, psallite Deo nostro cithara.

8 Qui tegit ccelum nubibus, qui parat terræ pluviā, qui producit herbam in montibus.

9 Qui tribuit vnicuiq; animanti suum pabulum, etiam pullis coruorum implorantibus opem illius.

10 Fortitudinē equi nihil faciet, nec quę videntur esse fortia crura viri, ad amorem inuitabit illum.

11 Sed amat Dominus qui eum reverenter colunt, & qui ipsam suam ponunt in clementia ipsius.

Bb Lauda

PSALMVS CXLVII.

Lauda Hierusalem.

12 Honora ô Hierusalem Dominū,
lauda Deum tuum Sion.

13 Fecit enim fortissimos vectes por-
tarum tuarum, benefecit filiis tuis, qui
intrate & tecum sunt.

14 Qui curat ne fines tuos quisquā
infestet, & adipe satiat te.

15 Cuius iussū decidit in terrā pluua
cuius mandatis parent subito omnia.

16 Qui irribuit niueim similem lanę, &
pruinat inquam cinerem dispargit.

17 Qui uninititfrustatim grandinē
similem glaciei, tam frigidā, vt nemo
non horreat à frigore ipsius.

18 Rursus, illo iubente, solis ardor
liquefacit glaciem illam : spirare fa-
ciet ventum quemcunque voluerit,
& producit pluuiam.

19 Qui indicat sermonibus suis, qd
fieri velit ab ipso Iacob : mandata sua
& præscriptas æquitatis suæ normas
tradit Isiaëli.

20 Non fecit hoc vlli exteræ natio-
ni, ne:

P S A L M V S C X L V I I I .

ni , neque ipsas æquitatis formas à
Deo Iſraēli præscriptas vlla nouit.
Halleluia .

Halleluia. C X L V I I I .

Laudate Dominum de cœlis.

Laudate Dominum è cœlis,
laudate illum quotquot habi-
tatis in excelsis.
2 Laudate illum vniuersi an-
geli ipsius; laudate illum stellę vniuer-
ſe quę conditę estis ab illo, & estis ve-
luti exercitus ipsius.

3 Laudate illum sol & luna; laudate
illum planetę , qui lucetis prę cæteris
stellis omnibus .

4 Laudate illū varij cœlorū orbes,
& aquę quę estis supra cœlos ipsos.

5 Laudent vniuersa hæc nomen do-
mini; illius enim iussu extiterunt, et sunt
hoc quod sunt .

6 Et stabilitas, quam tribuit illis, du-
rabit sœculis plurimis: legem dedit
singulis illorum , quam nequaquam
transgredientur.

Bb 2 Laudate

P S A L M V S C X L V I I I .

7 Laudate ex ipsa terra Dñm dracones, & quotquot estis animatia in profundissimis abyssis.

8 Ignis, grando, nix, vapor, & vetus turbinem excitans, & hoc quod a deo iubetur, faciens.

9 Montes & vniuersi colles, arbores fructiferae, & omnes cedri.

10 Quicquid viuit rationis quoquo modo capax, vniuersæ præterea bestię & quicquid vsquam repit: aues quoque pennis volitantes.

11 Reges, quibus imperium contigit in homines, qui terram incolunt: vniuersi populi, principes quoque, & omnes judices terræ.

12 Iuuenes & virgines vna cum adolescentibus.

13 Laudent nomen Domini, exaltatum est enim & suspicendum nomen illius solius: honor & gratiarū actio debetur illi ab his, qui sunt vel in terra, vel in cœlis.

14 Exaltabit cornu populi sui, quatenus

VIII.
d'm draco
im pro
di virus
od a deo
arbores
quaque
a beatis
eque
com
lune
e &
ado
vala
omen
actio
inter
equa
emun

P S A L M V S C X L I X .

Te nunquā cessabūt laudare illū sancti:
ficati ab eo filiū Israel, q̄ populus sunt
propinquus & familiaris illi. Halleluia
Halleluia. **C X L I X .**

Cantate Dño canticum nouum .

C Antate Domino carmēn no-
uum, cantentur laudes eius in
cctu sanctorum.

2 Oblectet se Iſrael autho-
re suo, filiae Sion exultent talem con-
tigisse regem sibi.

3 Laudēt nōmē illius choro, tympa-
no & cithara psallat in honorē illius.

4 Amat enim dñs populum suum,
ornabit mansuetos salute stabili.

5 Exultabunt sancti cū summa glo-
ria, lati cantabunt in lectis suis.

6 Laudes oīpotentis Dei erūt in ore
ipſis, quare & gladij virinq; Dei bene-
ficio fient acuti in manibus illorum.

7 Ut vlcisci queant se de gentibus,
& castigare populos.

8 Ut vinciant reges eorū catenis, et
primates eorum vinculis ferreis.

Bb 3 Ut ex-

PSALMVS CL.

• Ut exercere possint in eos iudicium
a Deo præscriptum, quæ res honori
vertetur cunctis, qui sacræ illius initia
ti fuerint. Halleluia.

Halleluia. CL.

Laudate Dñm in sanctis.

Audite Dominū ob insignem
sanctitatem illius : laudare illū
ob cœlum, quod argumētum
est fortitudinis illius.

2 Laudate illum ob omnipotētiam
illius, laudate illum ob immensam ma-
gnitudinem illius.

3 Laudate illum clangore tubæ, lau-
date illum nabo & cithara.

4 Laudate illum tympano & cho-
ro, laudate illum fidibus & organo.

5 Laudate illum taratantaris sono-
ris, laudate illum taratantaris ad hilas
ritatem excitantibus.

6 Quicquid vñquam viuit, laude
Dominum.

HALLELVIA.

Index

CL.
res honoris
illius pietatis

INDEX PSAL-
MORVM Secundū veterem
translationem .

- A D dominum cum tribularer
clamavi. Psalmus. 120.
Ad te domine leuaui 25
Ad te domine clamabo 28
Ad te leuaui oculos meos 123
Afferte domino 29
Attendite popule meus. 78
Audite hēc omnes gentes. 49
¶ Beati im maculati in via. 119
Beati omnes qui timent dñm 128
Beati quorum remissio. 32
Beatus vir qui non abiit 1
Beatus qui intelligit super. 41
Beatus vir qui timet dñm. 112
Bñdic anima mea do. & omnia 103
Benedic anima mea do. domine 104
Benedixisti domine teriam 85
Benedictus dominus Deus meus, qui
docet manus meas 144
Benedic do. in omnitempore. 34
Bonum est confiteri 92

Bb 4 Canz

INDEX

- ¶ Cantate Domino canticū nouum,
cantate. 96
Cantate Domino canticum nouum,
quia mirabilia. 98
Cantate Domino canticum nouum,
laus. 149
Cœli enarrant gloriam 19
Confitebimur tibi 75
Confitebor tibi Domine in toto cor-
de meo, narrabo. 149
Confitebor tibi Domine in toto cor-
de meo, in consilio. III
Confitebor tibi Domine in toto cor-
de meo, quoniam audisti. 138
Confitemini dñō, & inuocate 105
Confitemini domino, quoniam 106
Confitemini domino, quoniam 107
Confitemini domino, quoniam 113
Confitemini domino, quoniam 136
Conserua me domine 16
Credidi propter quod loquutus 116
Cum inuocarem, exaudiuit 4
¶ De profundis clamaui 150
Deus auribus nostris. 44
Deus

PSALMORVM.

Deus deorum dominus.	50
Deus deus meus respice.	22
Deus deus meus ad te de luce	63
Deus in adiutorium meum	70
Deus in nomine tuo saluum.	34
Deus iudicium tuum	72
Deus laudem meam	109
Deus misereatur nostri.	67
Deus noster refugium.	46
Deus quis similis erit.	83
Deus repulisti nos	60
Deus stetit in synagoga	82
Deus venerunt gentes	79
Deus ultionum dominus	94
Dilexi quoniam exaudier	115
Diligam te domine.	13
Dixi custodiam	39
Dixit dominus domino meo	110
Dixit iniustus vt.	36
Dixit insipiens in corde.	14
Dixit insipiens in corde.	53
Domine clamaui ad te	141
Domine deus meus in te	7
Domine deus saluis meæ	88

Bb Domini

I N D E X

- Domine dominus noster 8
Domine exaudi orationem meam,
& clamor. 102
Domine exaudi orationem meam, au-
ribus percipe. 143
Domine in virtute tua. 21
Domine ne in furore 6
Domine ne in furore tuo 38
Domine non est exaltatum 131
Domine probasti me. 139
Domine quid multiplicati 3
Domine quis habitabit 15
Domine refugium factus 90
Dominus est terra, & 24
Dominus illuminatio mea. 27
Dominus regit me 23
Dñs regnauit de corem indutus. 93
Dominus regnauit, exultet 97
Dominus regnauit, irascantur 99
¶ Ecce nunc benedicte 134
Ecce q̄ bonum & q̄ iocundum 133
Eripe me de inimicis 59
Eripe me domine. 140
Erucauit cor meum. 45
Domine Exal-



PSALMORVM.

Exaltabo te domine.	30
Exaltabo te Deus meus	145
Exaudiat te dominus	20
Exaudi Deus deprecationem	61
Exaudi deus orationem.	55
Exaudi deus orationem	64
Exaudi deus iustitiam	17
Expectans expectavi	40
Exultate Deo adiutori	81
Exultate iusti in domino	33
Exurgat deus, & dissipentur	68
Fundamenta in montibus	87
In conuertendo dominus.	126
Inclina domine aurem tuam	86
In domino confido .	11
In exitu Israel	114
In te domine speravi	31
In te domine speravi	71
Iubilate Deo omnis terra	66
Iubilate Deo omnis terra, seruite eis cum timore .	100
Judica domine nocentes .	35
Judica me Deus, & discerne,	43
Judica me domine	26

Laus

INDEX.

- ¶ Lauda anima mea dominum 146
Latida Hierusalem 147
Laudate dominum de cœlis 148
Laudate dominum in sanctis 150
Laudate dominum omnes 117
Laudate dominum, quoniam 147
Laudate nomen domini 135
Laudate pueri dominum 113
Lætatus sum in his 122
Leuaui oculos meos. 123
¶ Magnus dñs & laudabilis 48
Memento domine Dauid. 132
Misericordiam & iudicium. 101
Misericordias domini. 89
Miserere mei deus secundum mag. 51.
Miserere mei deus, quoniam 56
Miscrere mei deus, miserere. 57
¶ Nisi dominus ædificauerit 127
Nisi quia dominus erat in. 124
Noli æmulari in malignan. 37
Nonne deo subiecta. 62
Notus in Iudæa deus. 76
¶ Omnes gentes plaudite 47
¶ Paratum cor meum 108
¶ Quare

P'SALMORVM.

¶ Quare tremuerunt gentes	2
¶ bonus Israël deus	73
¶ dilecta tabernacula.	84
Quemadmodum desyderat	42
Qui confidunt in domino	125
Quid gloriariſ in malitia	52
Qui habitat in adiutorio	91
Qui regis Israel.	80
¶ Saluum me fac Domine, quoniam defecit	12
Saluum me fac Deus, quoniam intra uerunt	69
Sæpe expugnauerunt me.	129
Si vere vtique iustitiam.	58
Super flumina Babylonis.	137
¶ Te decet hymnus	65
¶ Venite exultemus domino	95
Verba mea auribus percipe	5
Voce mea ad dñm cla.	77
Voce mea ad dñm cla.	142
Vsquequo domine obliuiscere.	13
Vt quid deus repulisti.	74

T A B V L AE
· F I N I S.

S.Atha

SANCTUS ATHANASI-
VS AD MARCELLINVM
in librum Psalmorum, Ca-
pnione interprete.

Dimiror tuum in Christo
propositū amice Marcelline,
quod & temptationem
præsentem, in qua es plu-
rima passus, generose fers, & studia ta-
men non negligis. Cum enim episto-
la baiulum interrogassem quo nam
modo post morbum vitam degeres,
plane didicite omnibus diuinis literis
frequentem operā dare. Psalmorū au-
tem libro magis incumbere, atq; istuc
contēdere, vt in singulis quibusq; psal-
mis latente sensum deprehēdas. Quo
te chariorē habeo, quod ego ipse quo
que ita magnam erga idem volumen
gero affectionem, vt vix aliás in vni-
uersam scripturam. Evidem cum es-
sem ea voluntate prædictus, obuiam
fui cuidam Philopono tum seni. Cu-
pio sane tibi, quæ vir ille mihi de psal-
terio,

IN PSALMOS.

terio, qđ manu gestabat, enarrauerit
præscribere. Habet enī ea res cū ratio-
nabili explanatione nōnullā etiā per-
suasionē. Aiebat autē sic: Ois quidē fi-
li accepta nobis scripture tam vetus qđ
noua diuinitus inspirata est, & vtilis
ad doctrinā, vt scriptū est. Singularem
autē obseruationē præbet attendenti-
bus nobis liber psalmorū: de ceteris eī
libris peculiarē singuli professionem
pollicentur & prē se ferunt. Vt Penta-
teuchus mundi originē, Patriarcharū
gesta, redditum Israelis ex Aegypto, Le-
ges latae, apparatum tabernaculi, & sa-
crorū ordinum institutionem. Triteu-
chus, distributionem hæreditatis, acta
Iudicum, & Davidis nativitatē atque
genus. Regna & reliquiae gesta Regū
Esdras deinde captiuitatē, redditum qđ
populi, restorationē templi & ciuita-
tis. Post vero, prophetæ de saluatoris
aduentu vaticinia & admonitiones prē-
ceptorum, & transgressorum obiurga-
tiones, & futuros gentibus euentus.

Liber

A T H A N A S I V S

Liber autē psalmorū ceu hortus quidam delitiarum, & cuncta hęc profērendo dulce canillat, & singula circa ea organice ludendo demonstrat.

De Genesi enim psallit in. 18. Cœli enarrant gloriā Dei, creationē autē vel poësim eius adnūtiat firmamentū, & 23. Dñi est terra & plenitudo eius, orbis terrarū, & viuēteri qui habitant in ea. Ipse super maria fundauit eam.

At q̄ in Exodo sunt, in Numeris, in Deuteronomio, præclare canit in. 77. psalmo &c. 104. 105. 113. In exitu Israel de Aegypto, domus Iacob de populo barbaro: qd cōsonāter expresfit in. 104 cū ait: Misit Mosen seruū suū, & Aaron quē elegit sibi, misit tenebras & obscuravit eos, cōuertit aquas eorum in sanguinē, cēdūt terra eorū ranas. Quin totū psalmū hunc cōperiemus de illis euentis esse scriptū. De sacerdotio q̄q̄ ac tabernaculo refert in. 28. Afferte dominino filiū dei, afferte dño filios arietū.

Quę demū Naue sunt ludicūq; aliq; modo

IN PSALMOS.

modo cōmonstrat in psalmo. 106. Cōstituerunt ciuitates habitatiōis, & semi naūerūt agros, & plantauerūt vineas. Nā sub Naue data est eis terra promis siōis, sed qđ in eodē psalmo subsequit̄ Et clamauerūt ad dñm, cū tribularentur, & de necessitatibus eōnū liberauit eos, id Iūdicū volumen indicat. tūc enī clamantibus illis excirauit quoctūq; tē pore subsidiarios iudices, & populū à molestatōribus suis liberauit.

Dē regib⁹ etiā concinuit in. 19. H̄i in currib⁹ & hi in equis, nos autē in noīe dñi Dei nostri magnificabimus. Ipsi obligati sunt & ceciderūt, nos autem surreximus & erēcti sumus.

Ezdræ deinde q; sunt in. 125. qui est graduum, canūtur. In cōuertendo dño captiuitatē Sion, facti sumus sicut consolati. Et iterū 121. Lētatus sum in h̄s q; dicta sunt mihi, in domū dñi ibimus. Stantes erāt pedes nostri in atrij ruis Hierusalē. Hierusalē q; ædificat̄ ut ciuitas, cuius participatio eius in idipsum.

Cc Illuc

A T H A N A S I V S

Illuc enī ascenderunt tribus tribus dō-
mini testimonium Israēl.

Prēterea quē vniuersū cūq; fere Pro-
phetatū sunt, insinuat tā de Saluatoris
aduentū, q̄ etiam quod idem cū sit De-
us, tamen ad nos hoīes profecturus sit
Itaq; in Psal. 49. canit: Deus manifeste
veniet, Deus noster & nō silebit. Et in
117. Benedictus qui venit in noīe dñi,
benediximus vobis de domo domini
Deus dominus & illuxit nobis.

Quōd vero ille sit patris verbū, in
106. sic modulatur: Misit verbū suū, &
sanauit eos, & liberauit eos de interni-
tionibus eorū. Nam is qui venit Deus
idem est verbum quod missum est.

Agnoscēs autem verbū illud esse fi-
lium Dei, cantat voce patris Psal. 44.
Erectauit cor meum verbum bonū.
Et iterū. 109. ex vtero ante luciferū ge-
nū te. Quid enī aliud quis diceret ge-
nitū Dei, q̄ verbum & sapientiam
eius? Cunq; hunc sciret liber psalmō:
rum esse verbū patris, dixit in. 32. Ver-
bo do

IN PSALMOS.

bo Domini cœli firmari sunt, & spiritu
tu oris eius omnis virtus eorum .

Christū autē i. vñctū eundē aduen-
tare nō ignorauit, sed de illo accurate
loquit̄ in. 44. Sedes tua Deus in sēcu-
lum sc̄li, virga directiōis, virga regni
tui. Dilexisti iustitīā & odisti iniquitatē
tem, propterea vnxite Deus deus tu-
us oleo lētitiae p̄e consortibus tuis .

Et ne quis eum apparet̄ tantū ac
secundū phantasīā crederet esse ventu-
rum, promulgauit hoīem ipsum na-
scituꝝ, & eum esse per quē omnia fa-
cta sunt, vt in. 86. Mater Sion dicet ho-
mo, & homo natus in ea, & ipse funda-
uit eam altissimus . Huic simile dictū
est: In principio erat verbū, & verbum
erat apud Deum, & Deus erat verbum,
omnia per ipsum facta sunt. Propter
ea quoq; illud ex virginē non tacuit,
sed mox eius demonstrationem quan-
dam attulit in. 44. Audi filia & vide,
& inclina aurem tuam, & obliuiscere
populū tuum & domum patris tuū.

Cc 2 Quia

A T H A N A S I V S

Quia cōcupiscer rex decorem tuum,
qm̄ ipse est dñs tuus. Hoc iterū par illi
est qđ à Gabriele dicitur. Auc gratifica
ta, dñs tecū. Cū enī asseruisset ipsum fo
re Christū, statim humanā ostēdit na
tiuitatē, qđ futura esset de virgine. Audi
filia. Gabriel proprio illā noīe vocat
Mariam, qđ ei erat quantū ad cognitio
nem extraneus. Dauid autē ex suo se
mine nascituram appellavit filiam.

Obseruavit & hoc, vt quē affirmaſ
set nasciturū esse hoīem, consequenter
eundē in carne passibilē fore significa
ret, certus de futuris Iudæorū insidij.
Vnde psallit secūdo sic: Quare fremue
runt gētes, & populi meditati sunt ina
nia! Astiterūt reges terrę, & principes
cōuenerūt in vnu aduerlus dñm & ad
uersus Christū eorū. In'q. 21. conditio
nem mortis ex persona saluatoris de
scribit: In puluerē mortis deduxisti me
qm̄ circū dederūt me canes multi, cōci
lum malignātium obsedit me. Fode
runt manus meas & pedes meos, dñu
mera:

IN PSALMOS.

merauerunt oia ossa mea, ipsi vero cōsyderauerūt & inspexerūt me, Diuise-runt sibi vestimenta mea, & super vestē meam miserunt sortem. Fodere autē manus & pedes , quid aliud dicendo, quām crucem significat?

Hec oia docēs, etiā adiecit q̄ nō propter seipsum , sed ppter nos eiusmodi patiatur dñs. Quapropter in ipsius iterum persona. 87. sic ait: Super me con-firmatus est furor tuus. Et 68. Quę nō rapui tūc exoluebā:nō enī reus & ob-noxius moritur, sed q̄ nobis passus est Et eum furorē qui cōtra nos ob præ-uaricationē ortus erat, ipse super seip-sum imposuit. Vnde cū illud legamus psalmo. 137. Dñs retribuet q̄. Et vicif-sim spiritus in. 71. pollicetur q̄ saluos faciet filios pauperū, & humiliabit ca-lumniatorē: quia liberabit pauperē à potēte, & pauperē cui nō erat adiutor

Per hoc suum ipse in ccelos redditū prenūciauit. 23. Attollite portas princi-pes vestras, & eleuamini portę aeterna

Cc ; les,&

A TH A N A S I V S

Ies, & introibit rex gloriæ. In. 46. autē
Ascendit Deus in iubilo, Dñs in voce
tubæ. Aliquāto post adnuntiat diuinā
sedem. 109. Dixit dominus dño meo,
sede à dextris meis, donec ponā inimi-
costuos scabellū pedum tuorum.

Et in. 9. addit consummatā diaboli
perditionē, cū exclamat: Sedisti super
thronū qui iudicas iustitiā, increpasti
gentes, & perīst impius. Etenī q̄ iudi-
candi potestatē à patre acceptauerit,
noluit esse occultū, sed venturū vniuer-
sis iudicē, ipsum patefecit. 71. Deus iu-
diciū tuum regi da, & iustitiā tuam
filio regis, Iudicare populū tuū in iu-
stitia, & pauperes tuos in iudicio. Et
49. Aduocauit cēlū de sursum, & terrā
discernere populū suū. Et adnūtiabūt
cœli iustitiā eius, qm̄ Deus iudex est.
Et. 71. Deus stetit in synagoga deorū,
in medio autem deos dijudicat.

Vocationē autē gentiū valemus ex
isto libro per varios locos cognoscere
potissimū Psal. 46. O ēs gētes plaudi-
te, ma-

IN PSALMOS.

Te manibus, iubilate Deo in voce exultationis. Et. 71. Corā illo procidēt Aethiopes, & inimici eius terrā lингent. Reges Tharsis & insulæ munera offereant, & adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gentes seruient ei. Hæc igitur psalmis cantantur, quæ singulatim in alijs libris enarrantur.

Prudenter itē in qualibet scriptura (inquit) præcipua de saluatore fit mentio, ea extat oībus cōis professio & ea dem cōsonantia spiritus. Sicut enī illa quæ aliorū sunt in hoc libro possunt inueniri, ita & quæ huius sunt, in alijs plerunq; repertiūtur. Moses nāq; cantitum scribit, Isaías cōcinit, Habacuc carmine orat. R ursus in quolibet libro videre licebit & prophetias, & legū præcepta, & historias. Est enī idē spiritus super oēs, & iuxta distributā in quēlibet diuisionē, quisq; gratiā sibi datā ad ministrat & implet, siue sit prophētia, seu legislatio, aut historiæ narratio, vel psalmorum amoenitas.

lib. 111.

Cc 4 Verum

A T H A N A S I V S

Verum quod vñus est & idem sp̄itūs, cuius oēs diuisiones sunt, & ipse secundū naturā est idiuisibilis, erit hoc idcirco re vera in seipso totū, sed intellectu reuelatiōes & diuisiones spiritus singulis cōtingūt, & tū iuxta subiectā oportunitatē s̄cpius vñusquisq; respōdens, cloquitur verbū. Vnde oritur id qđ paulo ante dixi, legislatorē Mosen prophetare qñq; ac etiā cantare: viciſ ſun vero & prophetas etiā leges atque p̄cepta dare. Lauamini, mūdi eſtote. Et laua à malitia cor tuū Hierusalē. Et historias aliqñ resq; gestas recensere, vt Danielē nouimus de Sussanna, et Ifaiā de R apſace atq; Sēnacherib. Haud ali ter et Psalmoꝝ liber habet qđ Odore est propriū, vt q̄ in alijs libris transito rie dicuntur, ea hic late prosequatur cū dulci vt p̄fertur modu lamine. Præcipit nihilominus qñq;, Deline ab ira, & detelinque furorē, Declina à malo & fac bonū: inquire pacē, & persequere eam. Et qñ historias quoq; recitat, vt q̄

Iſraelū

IN PSALMOS.

Israeli acciderunt in via, & vaticinatur
de Saluatore quēadmodū priore loco
dictū est. Extat igitur ea spiritus gratia
cōis & apud oēs eadem, prout necessi-
tas postulat, & spiritus vult. Nō enim
differt plus minus in eodem vsu, cum
quilibet strenue suum explet & perfe-
ctum exequitur ministerium.

Et ita liber Psalmorū iterū habet p-
riā gratiā, p̄cipuamq; obseruationē
Nam inter aliq; qbus ad ceteros libros
proportionē habet & cōmunionē, etiā
propriū sortitur hoc mirabile, q; cuius
cunq; animē motus & mutatiōes atq;
correctiones descriptas & effigiaras in
se cōtinet: vt si qs velit facile queat ex
eo tanquā ab imagine certa, quedā su-
mere ac cōsiderare, tū deniq; scipsum
cōformare vt ibi scriptum est. In alijs
enī libris tantumodo audiuimus legē
p̄cipientē, quid fieri oporteat, & qd
non oporteat: tum prophetiā, vt veni-
entē non ignoremus saluatorē, nec nō
historias, qbus cognosci possint regū

Cc 5 & san:

A T H A N A S I V S

& sanctorum gesta. In libro autē psalmorū simul cū eo, etiā quod audiens illa didicerit, adhuc & motiōes animę suę inspicit & deprehendit. Et deinde ad q̄ afficitur, & in q̄ comprimitur seu torquetur, poterit rufus ex isto habere imaginē & exēplar orationū, vt nō solū postquā audierit pertranseat, sed etiā qualiter debeat, & dicto & facto affectionē curare, perdiscat. Sunt & in alijs voluminibus prohibitui sermones vitia vetātes. In isto autē modus quo abstineatur præscriptus est. Verbi caussa monemur pœnitere, tū qđ pœnitere sit cessare à peccato. Verū in hoc libro forma pœnitēdi traditur, & quid oporteat dicere in p̄sentiā.

Deinde succedit Pauli doctrina, tribulatio patientiā operatur, patiētia autem probationē, probatio vero spem, spes autē nō cōfundit. Sed in psalmis & quō ferre oporteat tribulationes, & qua via singuli probemur, & qua vtaur oratione sperātes in dñm, ostenditur.

IN PSALMOS.

ditur. Præterea preceptū est in oībus
gratias agere. Quid nam vero dicere
agentē gratias deceat, expresserūt psal
mi. Porro ab alijs accipimus. Oēs q
pie volūt viuere in Christo, persequi
tionē patientur. Ex istis certe audimus
quō fugiētes sapere oporteat, & q sint
qui persequitionē patiātur, & quales
oratiōes post persequitionē debeāt li
berati offerre Deo. Bñdicere iubemur
dño, & illi cōfiteri, sed qua forma deū
laudemus, & q verba cōfitendo, pfer
re decēter cōueniat, ex psalmis institui
mur. Ad summū, In vnaquaq; caussa
inuenire licet diuina cantica ad nospo
tius, q ad motū & statūm pertinentia.

Est itē hoc vnū in psalmis admira
bile, qd in alijs libris, aut quas res dixe
runt sancti, aut de qbus scriperunt, ita
legimus, vt enarrare tñ ac recitare vi
deamur, & qui legentes nos audiunt,
mox alios esse quosdam concipiunt,
de quibus sermo fiat, & allegata eorū
gesta s̄aepē ita mirantur & laudant,

vt ad

A T H A N A S I V S

vt ad ea imitāda parati sint. Hūc vero
librū qui in manus sumperit (prophe
tijs solū exceptis) quas vt in alijs scri-
pturisita & hic laudibus effert & colit.
cetera psalmoꝝ ceu propria et sua ver-
ba legit. Et quisq; erit q; audiat, haud
secus stimulatur, atq; ipse idē esset qui
legeret: ad verbaꝝ carminū disponitur
& paratur, ac si peculiariter essent sua.

Declarationis autē gratia nō me pi-
gebit secundū sanctū Paulū repetentē
idem iteꝝ dicere. Varij sermones pro-
phetarū sunt, & eorū proprij, peculiari-
ter ab eis prolati. Loquutus est Moses,
& Deus respondit. Elias & Eliseus in
mōte Carmeli sedētes, iuocabāt dñm
& semper dicebāt: Viuit dñs, in cuius
conspēctu sto hodie. Et sic de alijs san-
ctoꝝ prophetarū sermonibus, qui ap-
parent prēcipui de saluatorē, tā qui ad
gentes q; qui ad Israēlē habiti sunt. Ne-
mo tñ dicta prophetarē tanquā sua p-
nunciare, nec Mosi verba proprie de se
plata velimitari conabitur, nec Abra-
ha de

IN PSALMOS.

he de domi suę disp̄fatiue nato seu If
maeles, nec nō q̄ de magno Isaac ferun
tur, etiā si qua necesitas (vt ita dixerī)
coēgerit : tñ quasi extent sua propria,
dicere quisquā ne ausus quidē fuerit.
Quia si quispiā cōpassione quantacū:
que ductus aliq̄ melioris desyderio cō
moueat, neutiquā vt Moses oraue-
rit, ostēde mihi teipsum. Nec item sic
contenderit. Si dimiseris eis peccatum
dimitte, sin nō dimiseris, dele me de li-
bro cui inscripsisti. Nullus quoq; ver-
bis prophetarū pro suis vtetur, vt eis-
dem proprie hūc quidē laudet, hūc ve-
ro vituperet, pari modo vt illi vel lau-
darunt vel vituperarūt. Necq; hoc, Vi-
uit dñs, in cuius conspectu sto hodie,
vsurpabit quisquā pro suo. Nam qui
eos libros euoluerit, plane notū habe-
bit nō esse proprios legētis sermones,
sed illorū sanctoꝝ, & eorū qui ab illis
citātur. Qui autē Psalmos recēsuerit,
exceptis q̄ sunt de salvatore ac gētibus
vaticinij (mirabile dictu) oia verba

com:

A TH A N A S I V S

cōmutatum pro suis loquetur, & quasi
de seipso scripta cantabit, nō autē vt si
essent alterius cuiusquā qui ea dixisset,
aut de altero quopīā allegata recipit et
transcurrit, sed tanquā ipse de seipso lo
quēs cōponit, & q̄ dicitur tanquā ea
ipse fecisset, ex semetipso cōminiscens,
refert ad deū. Nō enī singulariea cultu
venerabitur, quasi patriarcharū ac Mo
si, aliorūq; prophetarū essent verba, eō
qd̄ tā legum obsequente, q̄ etiam trās
gressorem, & vtriusq; illoꝝ aētus con
tinēt psalmi. Vnde necessariū est oēm
hoīem illis cōprehendī, & vt de obser
uante mandatū, vel praeuaricante quo
libet oratiōes huiuscemodi facere mē
tionē. Sane mihi videtur psalmos psal
lenti esse, sicut speculū in qno ipse ccr
nere valeat animę suę motus, & ita cō
periens eosdē cāteris enunciare. Nam
qui audit legentem carmen aliqd eius
modi, profecto id accipit quasi de seip
so conscriptū: & cū eum remordet cō
scientia, cōpunctus aget p̄nitentiam,

aut de

V
IN PSALMOS.

Aut de spe in Christū, & gratia erga fl:
deles certior factus, exultare & agere
Deo gratias incipit.

Ergo qui tertium cantauerit in pro-
prias tribulationes inspiciēs, quasiver-
ba sua esse putabit. Qui. 10. & 16. qua-
si fiduciā sui propriam & votū enun-
ciat. Qui. 50. per penitentiā, sic ut est,
verba eius loqui: ur. Qui orat. 53. 55. 56
141. tanquā nō alio persequeutionē pas-
so, sed disponitur quasi idem ipse tole-
rauerit, & hos Deo ceu proprios ser-
mones modulatur.

Ita oīno quisq; psalmus spū dictus
& cōpositus est, vt aīc nostrę motiōes
in illis valeamus conſyderare, sicut in
superioribus ostēsum est. Oēsq; repu-
tare de nobis esse dictatos haud secus
atq; nostra verba, vt ijs memimerimus
tā proprios in nobis motus q̄ vitę no-
ſtrę correctionē. Ea enī q̄ psallētes ex
primunt, cōmode nobis meti p̄s fore
posūt et characteres & formę. Porro
hęc est saluatoris gratia, vt hō propter
nos fa-

A T H A N A S I V S

nos factus, etiā corpus suum pro nobis in morte daret, quo cū ictos liberaret a morte. Cœlestē autē & placidissimā viuēdi politiā eius nobis cupiēs ostendere, illam in seipso exhibuit formatā, ut nō facile contingere aliquos decipi ab inimico, qñ securitatis pignus teneret, partā scilicet sibi, & nobis victoriā. Quapropter non solū docuit, sed & fecit ut quisq; nostrū audiremus eum loquentē, & tanquam in imagine conspicītes acciperemus ab eo faciēdi exemplū. Præferrim hoc auditō, Discite à me quia mitis sum & humilis corde. Quis autem posset animo cogitare vllā ad virtutis perfectiō rem doctrinā, q; cuius formā expressit Dominus in semetipso?

Optet velim sibi aliquis vel patietiam, vel humanitatē, vel benignitatē, vel fortitudinē, vel misericordiā, oīa in illo reperiet, ut nihil ad virtutē deesse videatur, si q; inspicerit humanam Dñi vitā. Quod Paulus cognovit, di-

IN PSALMOSA

uit dicens : Imitatores mei estote sicut
ego Christi. Nam q[uod] apud Grecos sunt
legislatores, nō amplius q[uod] dicēdo plaz
cent Dñs autē, vere dñs vniuersitū, &
eorum q[uod] fecit curator, non solū leges fin
xit, sed & eam formā scipsum dedit, vt
se scirent habere qui vellent illarū exe
quēdi potestatē. Quod ideo ante eius
aduentū psalmis intonuit, vt sicut in
seipso perfecti & cœlestis homines figurā
præbuit, ita ex psalmis quisq[ue] vellet
motus & dispositiōes animorū perdi
scere posset, inueniens in eisdē cuiuscun
que motiōis curā & correctionem. Si
enī oporteat probabilius & euidētius
dici, oīs profecto scriptura diuina vir
tutis est, & vere fidei magistra.

Liber autē psalmorū habet etiā quo
dammodo imaginē status animarum
Nam vt rēgē accessurus quispiā cōpo
nit & habitū & verba, vt nō extranea
dicēs, imperitus vocietur: ita diuinus
iste liber currens ad virtutē, & cupiēti
saluatoris in corpore videre vitam, le

Dd etione

A T H A N A S I V S:

ctione sua prius suggestis atque recenset
motus & affectiones animarum, et de
mum accedentem instruit, et docet hu
iusmodi sermonibus.

Sunt vero, ut quantu[m] ad hunc libri
attinet, i[n] plurimis obseruetur, aliij
constituti in narratione, aliij in admo
nitione, aliij in prophetia, aliij in prece,
aliij tanquam in confessione.

Qui dicuntur in narratione, hi sunt
Decimus octauus. 43. 48. 49. 72. 77.
86. 88. 109. 113. 126. 135. summa. 12.

Qui aut[em] ad preces, hi sunt. Sextus,
17. 89. 101. 131. 141. summa. 6.

Qui ad euentu[m], votu[m], et obsecratio
nes. Quintus. 6. 7. 11. 12. 15. 24. 27. 30. 34.
37. 42. 43. 44. 51. 56. 58. 60. 66. 82. 85. 87.
139. 140. 142. summa. 25.

Qui ad euentum, votu[m], obsecratio
nem & gratiaru[m] actionem. 158. vnu[s].

Qui quati ad euentu[m] soliu[m]. 125. 63. 69.
70. 77. 78. 79. 108. 122. 129. 130. summa. 12.

Qui ad confessione. 59. vnu[s].

Qui co[m]ixta habet confessione. 9. 74.

Dicitur ergo.

104.

IN PSALMOS.

104.105.106.117.135.136. summa octo.

Qui complicata habet confessionem
& narrationem cum laude. IIII. vnum.

Qui in admonitione. 39. vnum

Qui in prophetia. 20. 21. 44. 46. 71.
summa, quinque.

Qui denunciat et vaticinatur. 109. vnum

Qui exhortantur & quasi prouocant
sunt. 28. 32. 80. 94. 95. 96. 97. 102. 103.

104. summa, decem.

Qui exhortatur cum cantico. 149. vnum.

Qui virtutis modum describunt. 104.

III. 118. 124. 132. summa, quinq;

Qui laude adnunciant. 46. 112. 116.

134. 145. 146. 147. 148. 150. summa. 9

Qui in actione gratiarum sunt. 8. 17
29. 33. 45. 62. 73. 84. 115. 120. 121. 123. 125.

128. 141. summa, quindecim

Qui beatitudinem retonat. Primus

31. 40. 111. 118. 127. summa, sex.

Et alius qui demonstrat alacritatem

cantu. 117. vnum.

Et alius qui exhortatur ad fortitudinem,
& est. 71. vnum.

Dd 2 Qui ac-

A T H A N A S I V S

Qui accusat impios ac transgressores,
res, ac iniquos. 2.1; 35.51.52. summa. 5.

Et alius qui inuocat. 4. vnus.

Qui interiecta denunciant, sicut. 79.
66. summa duo.

Qui in Domino glorianti affectus
exponunt. 22.26.38.39.41.61.75.83.96
98.121. summa vndecim.

Qui prouocant & inuitant. 57. 81.
summa duo. Qui cū hymnis verba
dicunt. 47. 64. summa duo.

Qui exultationē de resurrectione,
65. vnus. Et alius exultationis solum
verba dicit. 99. vnus.

Quę cū in psalmis ita sunt ordinata
& disposita, facile deinceps futurū est,
quolibet posse in eorū quolibet, vt su
pra diximus, inuenire motū & statum
anīmę suā, ac sup vno quoq; horū &
formā & doctrinā, & qd dicturus plaz
cere valeat dñō, & qualib; verbis se
ipsum corrigere, & gratias agere Dēo,
ne cōtingat extraneo more dicentē, in
impietate detestabilē incidere. Nō enī
solum

IN PSALMOS.

Solū de opibus, verū etiā de oī ocioso
ybo reddere debebimus iudici rationē

Si igitur beatū aliquē dicere velis,
habes quō, & propter quid, & quem
dicas, primum. 31. 40. 121. 127.

Si reprehēdere Iudæorū contra sal-
uatorē insidias, habes odam secūdam.

Si persequuntur & multi insurgit
aduersum te, dic tertium psalmum.

Si autem & sic tribulatus inuocasti
dñm, & quoniam exaudiuit agere vis
gratias, canta quartum, &c. 114.

Si malignantēs tibi noueris parare
insidias, & auribus percipi optes ora-
tionem tuam, canito mane quintum.

Si iminas dñi sentias, & inde territū
te vides, dicere potes sextum, &c. 37.

Si autē consilium ineunt aliqui cō-
tra te, sicut Achitophel contra David,
& hoc aliquis tibi nunciet, cane septē-
mum, & cōfide in deo qui te liberabit

Cernēs vero gratiā saluatoris circū-
quacq; diffusam, & saluatum genus hu-
manū si, velis alloqui Dñm, cane. g.

Dd 3 Sirur

A T H A N A S I V S

Si rursus canere vis pro torcularibus,
Deo gratias ages, iterum habes. 8. et. 80.

Si eneruari cupis inimicū & creaturam esse saluam ne glorieris in temeritatem, sed considera filium dei hoc dirigenatem, et dic. 9. psalmum.

Si quis te metu afficere velit, habet tu fiduciam in dominum, & canta decimū.

Cum autem plurimorum superbiam videris et superabundantem malitiam, ita ut nihil sit inter homines sanctum, confuge tu ad dominum, et dic undecimum.

Si diutius perseverent aduersarii insidiae, ne desperes quasi obliuioni traditus a domino, sed inuoca dominum, canens duodecimum.

Si autem blasphemates aliquos aduersus prouidentiam audieris, ne sis tu quicquid particeps eorum impietatis, sed accede ad dominum, et dic. 13. et. 52.

Deinde, si vis nosse qualis sit regni celorum ciuis, cane. 14.

Opus est tibi oratione propter restantes & circumdantes animam tuam
cane

IN PSALMOS.

cane decimūquintū. 16.30.85. 88.140.

Vis scire quō Moses orauit, habes. 8.
Saluus euasisti ex inimicis tuis, et libe-
ratus à persequentiibus te, cane tu quo
qué decimumseptimum.

Miraris & creaturæ ordinem, et pro-
uidentiæ erga se gratiam & legis præ-
cepta, cane. 18. & 23.

Tribulatos vides, consolare eos, &
orās pro eis, die verba psalmi. 19.

Vides te pasci à dño et prosperè age
re, gaudens super eo, cane. 22.

Inimici super te irtuūt, tu vero leua-
bis animā tuam ad Deum, et dices. 24.
& aspectu iniuriatores eneruabis.

Perseuerat inimici, nihil aliud q̄ ma-
nus habentes sanguine plenas et qua-
rentes te intetimere, ne des hoī iudiciū
suspecta enī sunt humana oīa, sed Deū
pete iudicem fieti: nā solus ipse iudex
est, & dic. 25.34. et. 42.

Sin autem sauius incubuerint, &
multitudo instar castrorum sint inimi-
ci, despicientes quasi ne vñctus quidē

Dd 4 fueris

A T H A N A S I V S

fueris, & iecirco hostiliter te inuadere
parati sunt, ne timeas, sed psal. carie. 26.

Quoniā vero infirma est humana
cōditio, si rursus impudētes sint q̄ infi-
diantur, vt nullā tibi p̄ eos liceat ha-
bere vacatio hē, clama ad Deum, profe-
rens quę continentur in. 27.

Si nosse velisquō grātias aeturus ac-
cedere ad Deum debeas, intelligendo
intellectualiter, cane. 28.

Deinde renouans domū tuam, tam
animā quā Dñm suscipit, q̄ sensibile
domum, in qua corporaliter habitās,
age grātias, & dic. 49. & 126.

Quando autē te propter fidē erga
Christū, qui est veritas, ab amicis &c., p̄
pinquis odio haberi, & persequitionē
pati noueris, ne frangaris animo, neue
familiares & notos tuos auertere te cu-
pientes extimescas, sed ab eis secedens,
q̄ futura sunt consydera, & cane. 30.

Vides baptizatos, & à corruptibili
natiuitate ablutos, mirarisq̄ Dei cle-
mentiam, cane super illos. 31.

Quan-

IN PSALMOS.

Qui psallere vis cū multis, cōgregalū-
stos viros & vita probatos, & cane. 32
Incidisti in hostes, & certe ab illis au-
fugisti & declinasti insidias eorū, si vis
gratias agere, conuoca mites homines
& cum eis cane trigesimum tertium.

Si vides iniq̄s in malū certare, noli
putare secundū naturā illis inesse pec-
catum quemadmodū hæretici qui-
dam: sed dic. 35. Et videbis quod ipsi
sint peccandi occasio.

Si videris malignos multa perpetra-
re iniqua, & à pusillis in hoc laudatos,
q̄ tu cupias admonere aliq̄s ne illis intē-
dant, neue pariter & mulētur eosdē, q̄a
oc̄yus extinguitur, dic & tibi et illis. 36

At tu statuisti habere tui curā, & vi-
des aggressurum inimicum (tūc enim
magis in tales excitamur) & vis iam te-
met parare aduersus eum, cane. 38.

Cernis multos égenos et pauperes,
& vis misereri eorū, potes hos quidē
iam miseratos recipere, alios autem ad
sc̄ faciendum horrari, dicēdo. 40. psal.

Dd 5 Cate-

A THANASIVS

Cæterū si oīno desyderium habens
erga Deum, inimicos audis exprobrās
tes, ne perturberis, sed intelligēs i mor-
talem fructū, consolare animam tuam
spe erga Deum, & hac relevās vitę do-
lores, dic quadragesimum primum.

Frequēter vis Dei beneficia recorda-
ri, quę patribus fecit, et in exitu de Ae-
gypto, & in deserto, et quę Deus quidē
bonus ipsi autem ingrati, habes. 45.77
88.101.105.106.113.

Confugisti ad Deum, & evasisti tri-
bulationes tibi paratas, si gratias Deo
agere vis, et narrare eius erga te beni-
gnitatem, habes. 45.

Peccasti, et conuersus p̄c̄nitētia mo-
ueris, et petis misericordiam consequi,
habes confessionis & p̄c̄nititiae ver-
ba in psalmo quinquagesimo.

Si calūniam passus es à malo princi-
pe, et diabolum vides gloriantem, sece-
de, & dic quę sunt in. 51.

Quando aliqui te persequi et calum-
niari statuunt, prodere volētes ut Pha-

isa:

IN PSALMOS.

risæ Iesum, & alienigenæ David, ne te
dio marcescas, sed confidens in Domi
no, et laudans eum, dic quæ habentur
in quinquagesimotertio, et. 55.

Si autem concurrat persequitio, & ex
ignorantia in speluncam ingrediatur in
qua tu lates, neque sic metue. Habis enim
in eiusmodi necessitate utiles & ad co
solandum et æternæ memorie traden
dum in psalmo. 56. et. 141.

Si obseruari iussit dominum qui in
ficiatur, & tu effugeris, habe Deo gra
tiam in anima tua tanquam in tabulis
incidentibus, ad perpetuam rei meino
riam, quia non sis perditissime consum
ptus, & dic quinquagesimœ octauum.

Si exprobrent inimici qui tribulant
te, & nugis detrahant qui reputati sunt
esse amici, & tu misitia mouearis ali
quantulum in exercitatione tua, potes
consolations recipere, laudando Deum,
& dicendo quinquagesimœ quartum.

Cōtra hypocritas et persona glorio
sus, dic ad conuersationem eorum. 57.

Ad ira

A THANASIVS

Ad irruētes in te asperius, qui conātur rapere animā tuam, oppone subiectionē erga Deū tuum, et bono sis aīo quāto enī magis illi sequist, tanto plus subijcienf dñō. Dic autē q̄ in Psal. 61.

Si persequutionē fugiens, in desertū concesseris, ne metuas quasi solus ibi sis: Habes enim Deum, & diluculo ad eum surgens, dic. 62.

Territ te inimici, et insidiari non desinunt, quinimo cuncta que tibi aduersa sunt perquirūt, etiam si plurimi sint, tu ne cesseris: sagittae enim paruu-
lorum erunt plage eorum, si concinue
ris. 63. 67. 69. &c. 70.

Quando cupis hymnū Deo canere,
habes. 64. Si velis instituere aliquos de resurrectione, canta. 69.

Petis à deo miām, lauda eū, et ca. 66
Si videris impios in pace lētantes, ne scandalizeris, neu cōmouearis, dic &
tu ea q̄ in 72. cōtinentur. Quādo ira-
tus est populo Deus, habes verba qui
bus illum prudenter consoleris in. 73.

Quan-



IN PSALMOS.

Quoniam cōfessione tibi opus erit, ca. 70.

74. 91. 104. 105. 106. 107. 110. 117. 135.

Vis refutare gētiles & hereticos, qā
non sit eis Dei cognitio, et in sola ecclē
sia, potes intelligens canere & dicere qā
sunt in. 75. Cum inimici p̄eoccupat̄
effugia tua, et oīno tribularis, etiamdū
perturbaris, noli desperare, sed ora. Et
si clamās exauditus fueris, gratias age
Deo, dicens. 76. Si perseverantes ini
mici irruerint & polluerint domū dei
& sanctos occiderint, et eorū corpora
volarilibus cœli obiecerint, ne conser
natus metuas eorum crudelitatem qui
compassus es patientibus. Accede igit̄
tur ad Deum, et dic. 78.

Desyderas in die festo cantare Dñō,
cōuoca dei seruos, & cane. 80. et. 94.

Cōgregatis iterū inimicis oībus cir
cunquaq; et minitātibus domui dei, et
cōiuraciones faciētibus contra religio
nem, vt nō frangaris aō propter mul
titudinem & potētiā eorum, habes
quasi anchoram spei, verba psalmi. 82

Sivis

A TH A N A S I V S

Si vides domū Dei & ēterna eius ta
beracula, et defyderū habes ad ea, si-
cūt habebat Apostolus, dic & tu 83.

Si cessauerit tandem ira, & soluta ca
ptiuitas fuerit, quo gratias agere para
tus sis, habes. 84 et. 125.

Differentiā autē ecclesiæ, quoad ap
paratū & figurās, si vis cognoscere &
reuereri, pores dicere quae sunt in. 86.

Confortare vis reipsum & alios ad
religionem, & q̄ spes in Dcūm non
cōfundit, sed intrepidam parat animā,
lauda Dcūm, et dic. 90.

Vis in sabbato canere, habes. 91
In die dñico vis agere grārias, habes. 23

In secunda sabbati vbi canere voles,
accipe nonageſimumquartum.

Cupis in paratceue modulari, ha
bes laudē in. 92 tunc enim domus ēdi
ficata fuit, quamvis hostes conarentur
impedire, atq; ideo triumphale carmē
canendū est ipsi Deo. Vnde tunc dicta
recitare decebit, vt in. 92.

Si captiuitas fuerit, et vastata domus
rurius

IN PSALMOS

rursusq; edificaja, cane que sunt in. 95.

Si terra fuerit ab hostibus vexata, et
deinde quiescat regnante dño, & velis
de eo modulari carmen, habes. 96.

Vis in quarta sabbati canere, habes
93. tunc enī traditus Dūs, cēpit ylisci
mortis vindictā, & de ea triumphare
cū audacia. Cū igitur euangeliū legēs,
videris in quarta sabbati Iudeos consi-
lium capiētes contra Dñm, ipsum au-
tem audacter stantē pro nobis aduersus
diabolum, cane que sunt in. 93.

Vides itē prouidentiā Dei in oībus,
& erga oīa, et Dñm eius, & vis iniari
aliquos in eius fidē et obedientiā, per-
suadendo prius vt cōfiteantur, dic. 99.

Si noueris eius iudicariam potesta-
tem, et p̄ iudicio admisceas misericor-
diam iudicat Deus, vnde recipere velis
consolationem, habes. 101.

Quoniam autē decet per oīa, & in
oībus nos gratias agere Deo, q̄n̄ cupis
benedicere ei, habes quo tuam animā
adhorteris vt dicas. 102. et. 103.

Vis lau-

A T H A N A S I V S

Vis laudare Deū, & cōgnoscere quō
& quā ob rem laudari debēat, et q̄ ser-
mones conueniant laudanti habes. 116
117. 134. 141. 146. 147. 148. 150.

Habes fidē illis q̄ dixit dñs, & credis
Mīs quē orando loquaris, dic. 115.

Ascendentem te ipsum senseris ope-
ribus, quasi dicas: quę retro sunt obli-
ūscar, quę antē intendendo habes sin-
gularem fœlicitatis progressum ad di-
cendum. 15 graduum carmina.

S i captiuatus alienis cogitationibus
sensisti te abducī, & pernixuit, dñe
deinceps: & manēs vbi te peccantē de-
prehendisti, sede ac luge tu quoq; quę
admodum fecit tunc populus, dicens
quę sunt in. 134. psalmo.

Atbitrari tentationes esse tui pro-
bationem, & vis post tentationē agere
gratias, habes. 138.

Compréhensus es tūrus ab inimí-
cis, & liberari vis, dic. 139. — Obscurare
vis & orare, cane. 5. 140. 141. 142. 145.

Inimicus tyrannus insurrexit aduer-
sus po-

IN PSALMOS.

Sus populū, tu autem vt Dauid, ipsum
Goliath noli timere. sed crede tu quo-
que vt Dauid, & dic canendo. 143.

Beneficia Dei miraris, & bonitatem
eius tam in te q̄ in oēs recolis : & pro-
pterea benedicere vis Deo, dic verba
quę Dauid ipse dixit. 104.

Cantare vis Domino, habes ad di-
cendum. 95. & .97.

Si pusillus forte p̄electus fueris ad
aliquem vsum fratribus tuis, ne extol-
laris contra ipsos, sed Deo qui te elegit
da gloriam, & dic tu quoq;. 51. qui pe-
culiaris ipsius Dauid est.

Vis canere habentē obedientiā Alle
luia, accipe. 104. 105. 106. 110. 111. 112. 113
114. 115. 116. 117. 118. 134. 145. 146. 147.
148. 149. 150. Quādo vis singulariter
de salvatore canere, inuenies in quoli-
bet psalmorū talia. Magis autē habes
144. et. 109. q̄ dem ōstrant ingenuā eius
ex parre nativitatē, et corporalē ipsius
præsentia. Sexagesimū autē primū &
68. qui dicit de diuina cruce, & quantū

Ee pro no-

A TH A N . I N P S A L .

pro nobis infidiaꝝ tolerauerit, et quāta passus est. Sed &c. 2. et 103. q signifi-
cant Iudeoꝝ insidias & malignitatem
et Iudeꝝ Iscariotꝝ proditionē. Vigesimū
etīa nonū, &. 71. q manifestat regnum
eius, iudicariam'q potestatē, & ipsius
ad nos itē corporalē præsentiam. Insis-
tuat &c. 15. corporalē eius resurrectio-
nem. 23. q& 46. in ccllos ascensionē
Cum'q legeris. 92. 95. 97. 98. potes cō-
templari Saluatoris beneficia in nos
per passiones collata.

A D L E C T O R E M .

Merum psalmoꝝ qui in isto
Athanasij tractatu cōtinetur,
esse secundum communem
translationē: quare si aliquē hic prædi-
ctoꝝ reperiſt volueris in præcedenti
psalterio secundū Hebraicam supputa-
tionem ordinato , à Psalmo nono ad
finem usque vel eo circa, accipies psal-
num sequentem tui numeri.

SVC



SVOCINCTIS-
SIMA, ET **Q**ANTVM
phrasis Hebraica permittit, ad literam
proxime accedens, Paraphrasis in
concionem Salomonis Ec-
clesiastæ, per Ioannem
Campensem.

ORNATISS. **V**IRO **I**A-
cobo Dures, Ecclesiæ collegiatæ
S. Petri apud Insulenses De-
cano V.H.S.

Quem iamdiu mecum sollicitus
dispensissem, num quia tandem
ratiōe possem aīm meū tuā dī-
gnitati addictissimum, ab in-
gratitudinis nota vindicare, opportu-
ne hisce diebus Ecclesiasten nō minus
docte, quam perspicue Latinis verbis
per Ioannem Campensem virū, ut &
ipse nosti, doctissimū, nobis cōcionan-
tem à Lodouico Bauino, viro inte-
gerrimo nactus, tibi literarū sacrarum
præfertim amantissimo, ac per te stu-
diosis oībus nūc typis excusum mitto

Ee 2 Maio-

EPISTOLA.

Maiora etiam cupidissime missurus, simulatq; huic mēx tui noīs studiosissimæ voluntati responderit facultas. Sed quid dixi, maiora? certe si rem ipsam porius expendamus, q; verba adnumeremus, vix quicquā maius sperare possumus. Libellus est exiguis, esto. Nonne & minutis herbis magna inest virtus? ac minimis gemmis maximū adeſt pretium? In hoc quantūvis paruo libello pacificus ille Salomon verain sapientiam, nimirum ipse sapientissimus, rectius tradit, q; philosophi isti suis immēnſis voluminibus Quare quid maius haberi potest? Itaque mi obſeruandissime D. Decane libella hunc sic maximum obuīs vniſ amplectere, ac nostrum de te bene merendi studium boni quæſo confule. Lute.

tice. 1532. xiiij. fol. 6

Calend. De

cemb.

CON-

CONCIO FILII DAVID REGIS IN Hierusalem. CAP.I.



Onstanter affirmat
concionator omnia
omni tempore ob-
noxia esse vanis-
mæ vanitati.

2. Quem enim fra-
bilem fructum refe-
ret homo, ex ijs que sub sole sunt, etiā
si multis modis se torqueat in hoc, vt
fructum aliquem inueniat?

3. Qui nunc versantur in terra, assi-
due ad interitum properant, & alii in
eorum locū succrescunt: terra interim
immota manet, veluti theatrū, in quo
hēc fabula peragitur.

4. Orietur sol, & occidet sol: & vbi
ad locū suū prē opere anhelās redierit, Sol suo
iterum ibi sine cessatione orietur. motu oīa

5. Flat nunc versus Austrū vētus, nūc
versus Aquilonē, & versus alias deide
orbis partes, donec singula irrequiete
q̄ sub ipso sunt, im- mutat.

Ee 3 lustran

ECCLESIASTES

Iustrādo reuertat eō, vñ flare ceperat.
6 Omnia flumina influunt in mare,
& mare non exundat: remittit enī ma-
re ea, ad loca vnde fluere cōperant, vt
rursus in mare influant.

Ipsi oculi
inter vidē
dū, & au-
res iter au-
diendū, as-
sidue mu-
tantur: &
aēr p quē
rerū simu-
lachra ad
sensus dif-
fundātur
assidue vē-
to agitat.

7 Omnes res, dūm absq; vlla inter-
missione currunt, sic lassae fiunt, vt nō
possit hō apposite de eis quicquā pro-
loqui: nō enim subsistunt donec oculis
quantūvis diligēter contēplantis, vēl
auribus audiissie auscultantis fiat satis-

8 Quicquid olim fuit, nūc est, & si:
mile illi qd paulopost erit: quicqd
factū est olim, nūc est, & aliquāto post
simile illi fiet: In summa, nihil oīno est
sub sole nouum, quod huic vicissitudi-
ni obnoxium non sit.

9 Inueniri ne poterit res vlla, de qua
dicere liceat, hēc res noua est? Nō pro-
fecto: fuit enī sēculis superioribus, &
interit, sicut et hēc interitura est.

10 Primoꝝ nulla apud nos nūc ex-
tat memoria, funditus enī interierunt:
neḡ horū quē nūc stulti miramur, vla-
la apud

C A P V T . I.

Ia apud posteros memoria erit.

11 Ego cōcionator, quāuis rex esset
totius populi Iudaici, habitās in Hieru-

12 Toto pectore in hoc in: (salem,
cubui, ut sapiēter inuestigando, perdi-
scerem quicquid sub sole fiat.

13 Hoc molestum cognoscendi stu-
dium immisit Deus in animos homi-
num, ut eo se torqueant.

14 Consyderauī oīa q̄ sub sole fiunt
& deprehēdi nihil esse in rebus oībus
prēter merā vanitatem, quę tamen ho-
minis animū mirifice torqueat.

15 Quod corruptum e. t, restituī nō
potest: quę autem assidue corrūp-
tur, innumera sunt.

16 Dixi apud me, multū promouī
studiū sapiētię, et adieci plurima ad ea,
q̄ à veteribus inuēta sunt: mea enī dili-
gentia plurima sunt inuēta, q̄ ad sapiē-
tię et rerū cognitionē multū faciunt

17 Totum enim me tradidi studio
sapiētię, eamq; quo certius assequerer
stiam hoīm infanias & stultias disce-

ECCLESIASTES

re conatus sum: verum conando cont
peri, & hoc studium esse insignē quen
dam animi cruciatum.

18 Qui enim conatur supra modū
sapiens fieri, plurima experietur valde
ingrata: & qui ad priorem eruditōnē
aliqd addere volet, id sine magna mo
lestia nō perficiet.

CAP. II.

Dixi itaq; apud me, suppedita
bo tibi oīs generis iocos, & qc
quid risum excitare poterit:
oblecta te illis: sed & hēc quo
que cito vana iudicauī.

2 Risui enim dixi, demētias: iocis ve
ro, non pudet sic ineptire?

3 Statui itaq; apud animū meum, lō
gis cōiuīns et multo vino corpus me
um molliter curare, & stultitā quē est
in reliquis rebus experiēdo discere: si
forte possit vsquā inueniri aliquid dia
gnūm q̄ se occupet humanus animus:
dum hēc permitto corpori discēdī gra
tia, animus vsq; suum officium facit,
singula sapienter considerans.

Tentavi

CAPV T. II.

4 Tēraui itaq; nō vulgaria, sed eðes
extruxi magnificas, plantaui vineas.

5 Paraui mihi horitos & paradisos,
et in eis plātaui a bores fructiferas oīs

6 Aptaui mihi aquæductus, (gñis.
quibus hæc arborum fructiferarum
sylua possit irrigari .

7 Emi mihi seruos & seruas, & ex
eis nati sunt mihi verne armē ta p̄terea
& minorum animaliū greges possedi
plures, q; vllus ante me in Hierusalem.

8 Cōgregaui mihi argentū & aurū,
& ea q; proprie pertinēt ad reges & p
uinciaꝝ dños: cōquisiui mihi cantato
res et cantatrices, & quanī amore nulla
natio nō capitur pueras plurimas.

9 Magnus hoc pacto sum factus, &
superau iō 1 ī 1000
superau oīs qui ante me fuerūt in Hie
rusalē: interim sapientia mihi in oībus
adfuīt, que de ih̄s iudicaret,

10 Quicqd ex his oculis putaui fo
re gratū, illis obtuli, nihil ab eis abscon
dens: nec auocaui cor meū ab vlo ge
nere latitiæ, quin potius animus meus
erat ergo

Ee 5 explet

ECCLESIASTES

Expletæ quantū potest oblectatiōe ha-
rum rerū, quæ tanto studio conquisitæ
sunt: nec alium sensi fructū tam mole-
sti conatus, q̄ vr oculos pascerē, et ani-
mus se non nihil recrearet.

11 Coepi itaq; tandem oīa quæ fecis-
sem recensere, et quantū laboris insum-
plissim priusquā h̄c perficerentur: &
deprehendi oīa plane esse res nihili, q̄
interim tamen animum crucient, neq;
vllum stabilem ex re quauis fructum
capi posse in hac vita.

12 Iterum me conuerti ad ea, vt saltē
viderē quanta sapientia usus essem in
oībus illis: & deprehendi in vino insa-
niam multā, et in reliquis manifestam

Nec Salomonē i oī
stultitiam: Quid enī est homo, vt imi-
ḡlia, &c.
Lucce. 12. tatione regis Dei aliquid magni cone-
tur, cum nullam quantumvis paruam
ex omnibus rebus quas ille innumer-
tas fecit, æquare posset?

13 Vidi tantum inter sapientiam &
stultitiam interest, quantum interest
inter lucem & tenebras.

Sapiens

CAPUT II.

14 Sapiens enī habet oculos in frōte, stultus vero veluti cæcus palpitat in tenebris: sed interim video eundem habere exitum omnia.

15 Dixi ergo apud me, si ego ab illis q̄ manent stultū liber nō ero, quorsum conatus sum supra q̄ satis erat fieri sapiens? iterū ergo iudicavi, ne sapiētiae quidem studium carere vanitatē sua.

16 Quia nō erit diuturna memoria sapientis magis q̄ stulti: quō enim id quod olim fuit, obliuioni nūc traditū est: sic & id quod nūc est, subsequentib⁹ annis obliuioni tradetur, & æque morietur sapiens atq; stultus.

17 Quare execrari cœpi miseras viuentium, q̄ viderē apud me, quantum sine fructu sit molestiæ in rebus q̄ sunt sub sole: omnia enim inania sunt, et nihil q̄ animum cruciant.

18 Odisse etiā cœpi quicquid fecisse quantius magno labore, sub sole, q̄ relinquere id omne cogar alteri, q̄ mihi successorus est.

Et quis

E C O L E S I A S T E S

19 Et quis nouit, futurus ne ille sisca
piens, an stultus? qualis cūq; erit, certe
accipiet oīa mea, q; tanto studio, & tan
ta solertia paraui toto tēporevit̄ meę
certe hoc quoq; plane vanum est.

20 Quare cor meum statui, liberare
curis, quibus sollicitus fui, & sapienter
agere visus sum sub sole.

21 Contigit enim hominē sapientia
& rerum cognitione et frugalitate per
cia vsum, relinquere qcgd illi sic par
tum est alteri, q; eius laboris plane ex
pers fuit: certe hoc quoq; vanum est, et
merito multum hominem torquet.

22 Quid enim accipit talis homo ex
tam varijs curis et animi tormentis, qui
lē eoq; q; bus set torquet sub sole?
ad sunt v-
sum hora 23 Qēs dies vitę eius miserabiles sunt
& oēs cohatus eius tedium pleni- pēr no
tur, & ab etem vix quietē ac mutat animus eius
auaritia, profecto hoc qcg insigniter stultū est.
pessia ani
ni peste, 24 Nihil melius hoi, q; si comedat et
deterrat, bibat, & oblectet animū suum inter tā
varias soliciitudines: hoc enim iudicat
ui a be

CAPUT III.

- ui à benignitate Dei profectum.
25 Quis enim me vixit sumptuose
& liberalior?
26 Certe hoī cui bene volet deus, da
bit eam prudentiam & eam sapientiā,
vt audeat vri rebus suis peccatori autē
immettis sollicitudinē augendi & coacer
uandi in vsus illius, quē deus illa acci
pere volet: quare neq; hoc insigni ca
ret vanitate.

CAPUT III.

- O**mnium rerum vicisitudo est,
neq; qcquā est sub sole stabile.
2 Qui nunc gignuntur, ali
quando morientur: quae nunc
plantantur, alio tempore euellentur.
3 Nunc amputamus, quæ olim vt
adolescerent curauimus: nunc destrui
mus, quæ olim extruximus.
4 Interdum flemus, interdum ride
mus: interdum mœsti lugemus, inter
dum præ laetitia subsiliimus.
5 Nunc diruimus vetera edificia,
nunc ex eisdem lapidibus extruimus
noua: nunc operam damus amplexis
bus, nūc

ECCLESIASTES

bus, nunc ad amplexus naufragamus.

6 Nonnunquam magno studio quaerimus, qđ paulopost perdamus: nōnunquam cōpartimus, qđ postea dilapidemus.

7 Quandoq; discerpimus, qđ olim consuimus: quandoq; velut muti tace mus, quandoq; inepte garrimus.

8 Interdū amatūs, et iterū odio, pse: quimur amatū: interdū inimicitias exercemus, quas iterum deponimus alio tempore, & pacem amplectimur.

9 Quē fructū capit hō ex tā pugnātibus & molestis occupationibus?

10 Deprehēdi qđ Deus immiserit animis hoīm eiusmodi molestas occupationes, vt ipsi illis torqueant.

11 Quicquid fecit Deus, pulchrū est: suo tēpore & loco: & mundū hunc totum exposuit examinandū ingenio illorū, verē ipsi nullius, vel magnę, vel paruę, earū rerum quas Deus tā multas fecit, rationem inuenturi sunt.

12 Quare vidi nihil in omnibus illis rebus esse, quod homini bonum esse possset:

C A P V T III.

posset, nisi forte exhilarare illum sese,
& bene facere sibi dum viuit.

13 Si homini contigerit animus, vt
comedat ac bibat & fruatur suis, inter
tam varias miserias, donum Dei ma-
nifestum esse putet.

14 Certo cognoui, q̄ quicquid facit
Deus, erit quale ipse id esse volet, neq;
quisquā adiūcere quicquā poterit, neq;
ab eo quicquā tollere. & Deus quicqd
fecit, in hoc fecit, vt nō os illum hēc tam
varia videntes, reuereamur.

15 Quod fuit olim, nūc est: & decre-
tum fuit olim, vt etiam temporibus fu-
turis esset: assidue namq; reuocat, quæ
velutifugata hinc abierunt.

16 Et tanquā nō esset malorū ex hac
inconstātia satis, vidi locū sub sole cq-
tati destinatū, in q̄ dominat impieras,
& locū iustitiae in quo regnat impius.

17 Dixi apud me admirās, & iustū
& impium iudicabit Dñs: ad eum enī
referentur iudicanda quęcunq; aut co-
gitantur nunc, aut fiunt.

Cum

ECCLESIASTES

18 Cum nō inuenire caussam aliam
quare Deus hēc pēmitteret, visum est
mihi velle illum huiusmodi hūmanis
tumultibus hoīem sic exercere, vt vi-
deat se in hac vita parsi differre a bru-
tis: non aliter enim inter se homines
tumultuantur, nec maiorisāpe ratio-
ne, quam bruta intersēse.

19 Insuper & interitus hoīm & reli-
quo animātū, id ē est: quō enī mo-
riuntur bruta, moriuntur et hoīes, nec
apparet ex ihs quē fiunt sub sole, aliam
essē hoīs, & aliam brutorū animā, nec
ultra bruta animantia quicquam ha-
bere hominem: omnia enim æque va-
nirati subiecta sunt.

20 Quicquid est, siue homo, siue ali-
ud ab hoīe, ad eundem locum tendit:
ex terra enim facta sunt omnia, & in
terram iterum resoluentur.

21 Quotusquisque interim nouit, an
hominis anima ascensura sit sursum, et
reliquorum animantium cum corpo-
ribus interitura sit?

Quare

C A P V T I I I I .

22 Quare nihil inueni boni in omnibus his, præterquam boni consilere oia & frus' partis sine sollicitudine: illis enim se hoc sustentat, alia vero oia extra ipsum sunt, et alijs relinquere cogetur: interim ut maxime velit solicitus esse, quod indicabit illi, quod post ipsum futurum sit?

C A P V T I I I .

C Onuerter me ad alia, ut viderem varijs modis opprimatur homines in hac vita: & vidi flentes plurimos, cum iniuria afficeretur nec esset quisquam qui eos consolaretur, & multo minus qui de violentis opprimentiis manibus eos eriperet.

2 Quod cum viderem, iudicauit feliciter eos, quod vita olim defuncti sunt, his qui adhuc tam calamitosè viuunt.

3 Quin & vtrisq; fortunatiores dixi eos, quod nunquam nati fuerunt: illi enim nihil horum vidicunt malorum, quem in hac vita homines in homines designant.

4 Multa experientia didici hominum constitutus est studia non alici tendere, quod ut quod

Ff que vi-

ECCLESIASTES

que vicino suo quibus poscit artibus
noceat, & rem propriam promoueat:
quod quid est aliud, q̄ molestissimis
curis animum misere torquere?

5 Stulti quidā ab horum quos diximus moribus abhorretētes, vitiū in contrarium currunt: iunctis enī manibus de fidēt ociosi, et quicqđ habēt cōsumūt, donec ad extremā inopiam perueniat & carnē propriam rodere cogantur.

6 Melius, inquietes, est paulum cū ignauia, quām multa laboriose cum anxiate conquirere.

7 Conuersti me ad alia, & vidi nō uum vanitatis genus.

8 Inueniuntur homines soli sine socijs, sine liberis, sine cognatis, qui non aliter sine fine laborat, quām si illis innumeris alendi essent: cupiditatibus eorum nullę diuitiæ satisfaciunt, nec vñquām ad se redeunt, vt apud se dicant, quibus laboramus: in quorū gratiam fraudamus genios nostros bonis, quæ plurima possidemus, & quorum non est aliud

CAPUT IIII.

est alius vius, quam ut nos in ipsis
oblectemus: hoc, si quicquam aliud,
insigniter stultum est, & animi mole-
stissimum tormentum.

9 Quare meliore & commodiore
iudicauit vitâ duorum vnam viuentium, &
vnius solius: adfert enim boni non pa-
rum ipsa societas, & si nihil aliud, suc-
currunt mutuo in malis, que in hac vi-
ta omnibus ferenda sunt.

10 Si enim alter eorum ceciderit, al-
ter ollapsum socium erigit: qui plane
miser esset, nisi in ipso casu haberer, qui
manum illi porrigeret.

11 Si duo simul dormierint alter alte-
ri calefaciet, solus vero ex gre calidus fiet.

12 Si unus aliquis vim facere con-
tur, duo resistent illi: et funis triplicatus
non facile rumpitur.

13 Melior est adolescens pauper, si sit
cordatus, rege tene deliro, qui non su-
stinet amplius admoneri.

14 Emergit non unquam è carcere quis,
qui vincetus ibi fuerat, & regno præ-

Ff 2 ficitur:

ECCLESIASTES

ficitur : cum econtrario patre rege na-
tus, ad inopiam redigatur.

15 Vidi maximo numero homines
sequi adolescētem illum, qui seni in re-
gno successurus est.

16 Non minor fuit numerus eorū q-
senē hunc olim sequebantur, cū regno
preficeretur, q nūc est qui nouum hūc
ambiunt: & sicut grauis illis superiori-
bus vīla est potestas regia illius q nūc
contēnitur, ita et huius qui nūc tanto-
pere placet grauis videbitur: quare &
ambitus ille suā habet vanitatem, & ani-

17 Vide diligenter, quid (mi tædia,
faciendū tibi sit ingressuro domū Dei,
vt ores & scito illū proxime tibi adef-
se et audire cunēta: caue ergo ne mul-
tis verbis cū illo agas stultorū more, q:
rum sunt ingrata deo quē faciunt oīa,

C A P. V.

NE prēcepstis in lingua tua ora-
turus Deū, neq; properet cor
tuum effundere verba in con-
spectu Dei: es enī Deus in cœlo, vnde
tua

C A P V T . V .

tua omnia, q̄ in terra degis, videt, quæ
re paucis apud illum verbis vtere.

2 Sicut diurnæ curæ dignat somnia,
ita multa verba stultæ faciunt orationē.

3 Si quid inter orandum promiseris
absq; mora vlla persolute, ne illū stulto
rum more multa p̄mittendo, grauiter
offendas. Si qd ergo promiseris, presta

4 Melius est nihil promittere, quam
promissa non p̄stare.

5 Quare caue ne linguae futilitas, to-
tum te peccato inuoluat: neq; putes an
gelū, qui tua obseruat, rē tam estimatu-
rum leuem, q̄ tu existimabas: qui præ
multitudine verbor̄ vix sciebas quid
promitteres aut diceres: quod tu tā le-
ue putas, Deum sic offendit, vt non fo-
lum orationē tuam, sed propter eam
& alia opera tua sit execraturus.

6 Sicut in multis somnijs plurima
sunt vana, ita et in multis verbis: quare
tu Deum ex animo reuerere.

7 Si videris usquā oppressionē pau-
peris, & subuersione æquitatis et iusti-

Ff 3 tiae, ne

ECCLESIASTES
tiæ, ne sic mireris, vt eiusmodi latere
deum putes. habet enim oppressor ille
superiorem, qui ea quæ facit diligen-
ter obseruat: & supra vtrumq; illorum
alij superiores sunt.

8 Summū qđ terra hoī p̄stare p̄t
est agellus aliquis, cui colēti eum satis
esse possit vt ex eo viuat: & cui ille cō-
tingit, & eo cōtētus est, is plane rex est

9 Qui amat pecuniam, nunquā illi
tantum pecuniaæ adferri poterit, vt sit
futuris contētus: & qui inhiat diuitijs,
nunquā ex eis fructū vllū capiet, quic
quis talis, insigniter vanus est.

10 Vbi diuitiarū plurimū est, ibi plu-
rimi sunt qui comedūt eas: Et quid ha-
bet amplius is cuius sunt diuitiæ, quā
quod videt alios eas consumere?

11 Suavis est somnus ei qui laboran-
do exercet se, siue parum, siue multum
comedat: saturitas autem diuitis non
sinit illum dormire.

12 Inuenit aliud tristissimi mali gñs
vidi sub sole diuitias magna diligētia
conser-

CAPUT V.

cōseruatas, in perniciē possidentis̄ eas
13 Perierūt opes illę, & dños suos gra-
uiter affixerūt: neq; enī ipſis, neq; filijs
eorum quicquam reliquum fuit.

14 Sicut nudi egressi sunt ex vtero
matris, ita nudū eō reuertētur vnde p-
dierūt: neq; vlli quicquā eorū hinc secū
asportabūt, q; tātis molestiā cōq; sierūt.

15 Sed & hoc quoq; si nihil aliud
fir, triste malū est, quod oēs quo mo-
do intrauerunt in mundum, eo & reli-
eturi sunt ipsum: & quid proderit ani-
mum hic varijs curis affixisse?

16 Tota vita sua sordide vixerūt, ira-
cūdi, seipſos cruciātes, et similitates ex-

17 Meo ergo iudicio suavi. (ercētes.
us est comedere & bibere, & frui bo-
nis inter has miserias, qbus affligimur
sub sole, paucis diebus illis vitę nostrę,
quos deus nobis cōcedit: nihil enī am-
plius ex oībus accepturus est homo.

18 Certe si cui Deus dederit diui:ias
& opes, & animū vt comedere ex illis
audeat, & accipere id ex eis quo so-

Ff 4 lo ho:

ECCLESIASTES

Io homini vsui esse possunt, ut come-
dendo & bibendo oblectet se, hoc cin-
gens donum Dei est.

19 Parū enī, qui talis est, memor erit
incommodorum vitę suę: Deus enim
exercet cor eius hilaritate.

C A P V T VI.

ST malum quod vidi sub so-
le, frequens apud homines.

2 Inueniūtur quibus Deus de-
dit diuitias, opes, et gloriā, adeo
ut nihil eis desit eorum quę ab hoībus
desyderari possunt, sed animū vtendi
illis non tribuit, quin potius ignotus
aliquis fruetur illis: hoc certe vanū est,
& graue tormentum animi.

3 Si quiscentū generit liberos, et di-
ues vixerit annis plurimis, animū tñ
suum fraudauerit bonis, sepultura q̄b
honestā caruerit: iudicabo illo fortuna
tiorē, qui matrē abortiente eiectus est.

4 Hic enim vt nugamētum aliquod
a conceptu in vtero aliquousq; obscu-
re progressus est, sic tamē vt ne nomē
quidem

C A P V T VI.

quidem eius vlli cognitum fuerit.
5 Solem enim non vidit, nec quicquam
nouit: & liber fuit ab illis, quibus au-
rus assidue torquetur.

6 Quid proderit hoī, si cōtigerit illū
viuere annis bis mille, et bonis suis nō
fruatur? nonne finē capiēt anni illi, &
codē tendēt quō alijs oēs, vel alia oīa?
7 Nullus fructus est aliushumani la-
boris, q̄ cibū ori suppeditare: qđ quam
uis factu facile sit, animi tamen c̄ipidi-
tati omnino satisfieri non potest.

8 Quid amplius accipiet sapiens ex
suo labore q̄ stultus? & quid minusha-
bet pauper, qui industria sua sibi victū
parat, inter illos cum quibus viuit?

9 At melius, inquiens, est contēplari
oculis diuitiasprēsentes, q̄ industria so-
la fretū, in diēm more pauperis viuere:
certe falleris, qui hoc putas: non aliud
enim aspectus diuitiarū adfert, q̄ ani-
mi stultas curas & tormenta.

10 Qua ratione fuit olim vniāquod
que priusquam esset, noīe suo notum &

Ff 5 scitum

ECCLESIASTES

Scitum fuit: quid hic velit nolit homo,
futurus esset, nec posset nisi frustra con-
tendere cum Deo, qui ipso fortior est,
quare sic vel sic factus sit.

11 Et si quis multis verbis contendet:
re cum Deo conetur, nihil illi eiusmo-
di obmurmuratio proderit.

C A P V T . VII.

Frendū est æquo aio, qd à Deo
immittitur: quis enī nouit qd ex-
pediat hoī diebus vitæ qbus hic
vanitate viuitur? fecit enim dies
hoī Deus similes vmbre, de qua post
abitū quid fiat sub sole quis iudicabit?

2 Gratiōr est fama bona post mortē
q̄ odor fragrātissimi vnguenti: & dies
mortis melior est die quo q̄s nascitur.

3 Magis expedit ire in domū luctus,
q̄ in domū conuiuij: in illa enī videtur
quē finē habiturus sit oīs homo: & q̄
videt mortuū aliū, nō potest non ali-
quo modo animus eius commoueri.

4 Melior est tristitia, quā risus: quia
per tristitiam, quæ in vultu appetet,
cor ad

CAPVT VII.

cor admonetur officij sui.

5 Aius viri sapientis versat in domo
luctus, aiusyo stolidi in domo cōiuic-

6 Fortunatior est qui patienter audit
obiurgationē sapientis, q̄ est is qui au-
dit assidue cantillantem stultum.

7 Qualis enim est strepitus stipula-
rum ardantium sub olla, talis est risus
stultorum: interim neq; sapientis ob-
iurgatio vanitate carēt.

8 Quia mali si obiurgētur, qd̄ alios
opprimant, affligunt sapientē, & perde-
re conantur eum, qui cor habet tam in
signi sapientiē dono exornatum.

9 Melior ergo est finis rei, q̄ princi-
piū, & hō patiēs q̄ is q̄ libere alios car-

10 Ne inducas in aīm tuum, vt (pit,
cito irascaris: solēt enim stulti ferē esse,
qui proni sunt ad iram.

11 Ne dixeris apud te, pertulit ma-
lorū p̄sentiū, Quid causē est, qd̄ tē-
pora quibus vixerūt maiores nostri,
meliora fuerint, q̄ sint hēc nostra? Nō
est enim prudentis viri talia interro-
gare,

ECCLESIASTES

gare, quum manifestum sit habuisse
illa tempora incommoda sua, sicut &
hæc nostra habent sua.

12 Melior est sapiëtia q̄ cū diuitijs cō-
iuncta est, & utilitatis plus adfert tem-
pore huius vite, quo solem spectamus.

13 Adfert enī momenti multū sapië-
tia, et nonnihil etiā diuitiæ hoc tamen
habet supra diuitias sapientia, q̄ sapië-
tem ad vitam p̄ducat æternam.

14 Consydera vniuersa quæ fecit De-
us, & inuenies nihil eorum posse resti-
tui, quæ ille perdidit.

15 Quare dñi adest bonū fruere, in ad-
uersis patiēs esto : voluit enī oīa Deus
vicisitudini obnoxia esse, vt videret
hō nihil esse stabile, cui tuto fidi possit

16 Vidi plurīa diebus vanitatis meę
& inter cætera, iusto esse nonnunquā
iustitiā suam exitio, & impium in im-
pietate sua diu & fœliciter viuere.

17 Ne sis ergo iustus nimium, ne-
que sapiens vltra modum, ne forte &
tu similiter pereas.

Necq

CAPVT VII.

18 Neq; enim exlex & stolidus efficiaris : qui enim eiusmodi sunt, vt plurimum pereunt male.

19 Vt hęc pericula vites nihil melius est q; firmiter credas, et perpetuo in memoria habeas, q; illi q; Deū reuerētur, omnia hęc mortisera mala effugient.

20 Sapiētia sepe plus iuuat illā cuius est, q; possent decem primores ciuitatis

21 Interim nullus est hominū tam sapiens et iustus, vt non subinde peccet.

22 Quare delatoribus aurem facile non p̄ebueris, ne audire cogaris quod seruus tuus aliquoties ex impatientia male de te loquutus sit.

23 Scis enī tuipse q; non munquā loquutus sis ad eundē modum de alijs.

24 Hęc oīa tentādo per sapientiā dī dici: & nō contētus ihs, conatus sum scire, q; sciri ab hoīe nō possūt: sed in hoc conatu sapientia mihi adesse recusauit.

25 Lōge supra captū humani ingenij est, velle scire q; consilio ab ēterno usus sit deus in condendis et conseruādis rebus, et

ECCLESIASTES
bus, & modis oībus incōprehensibile.

26 Quare reuocauit animū meū
ad intelligēda ea q̄ ratiocinatione inue-

stigari possunt, & ad cognoscendā im-

piam stultitiam, & amentes insanias.

27 Et inuenio amariorem esse ipsa
morte mulierem, quę vna est instar ve-
natorū multorum: cor eius simile reti-
bus multis, & manus vinculis: qui cha-
rus est Deo liberabitur ab illa, peccator
vero laqueis eius irretietur.

28 Ecce, inquit cōcionatrix sapientia
hoc deprehēdi ex cōparatione rerū in-
ter se, id quod quēritur inueniri solere.

29 Laborauit vsq; in hāc horā, vt cō-
ferēdo officium fœminarū cū ingenio
& moribus, bonā & prudentē aliquā
inuenirē, sed nihil successit: ex mille vi-
ris vnum inueni tolerabilem, ex mille
autem fœminis nullam.

30 Hoc solum inueni, quod Deus
fecerit Adam rectum: & quod ipse
cū posteris multa magno studio stul-
ta repererit, quę à simplici recto quām
pluri-

CAP V T. VIII.
plurimum recedunt. CAP.VIII.

Quis conferendus est cum sapiente, & eo qui iudicium habet de rebus? Sapientia hominis gratiosum facit vultu eius, & crudelitatem pellit.

2 Attamen suadeo etiam sapienti, ut obseruet quę rex mandabit, & pr̄stet si quę Deo in testem vocato iurauerit.

3 Nec tu vecors & stolidus, tanquam a conspectu illius possis aufugere, per tinax in malo persiste: quicquid enim ille voluerit, perficiet.

4 Vbicunque aliquid noīē regis mandatum fuerit, ibi & potestatē esse putare exequendi quod mandatū est: nec audiat quisquam contradicere, aut querere cur hoc mandauerit rex.

5 Qui obediens est mandato, nō sentiet malum: tempus autem aduenturū ys sumatur supplicium de transgressoribus, non ignorat sapientis.

6 Statuit namq; Deus tempus, quo de oib; iudicaturus est: & priusquam illud

ECCLESIASTES

illud adueniat, varijs & periculis mai
lis expositi sumus.

7 Nec scire cuiquā datur qd illi con
tinget: quis erim id possit illi indicare?

8 Et si sciret, nihil illi prodesset: nemo
enim tā potens est, vt animū suū con
tineat: nec appetente morte vires vllæ
quicquā proderunt, neq; est spes vlla ela
bendi ex illo prēlio, quod nobis cū
morte ineundū est, nec impium tunç
sua impietas liberare poterit.

9 Huiusmodi plurima obseruauī, &
diligenter expendi quæ fieri videbam
sub sole, quo tēpore homō in hoīem
imperium exercet, nō sine malo illius,
qui ferre imperium cogitur.

10 Itaq; vidi impios ad sepulchrum
vsc; feliciter degere, & ipsos veluti re
surgere in filijs, et versari inter honora
tos in loco sancto: eos vero qui bene
faciunt, contemni a ciuib; sed et hoc
in signi vanitate non caret.

11 Quia nō subito sumitur suppliciū
de his q; designant homines, ipsi non
faciunt

C A P V T VIII.

faciunt finem intrepide malefaciendi.

12 Contingit namque peccatorem c*en*
ties impie agere, & quantum apparer, id
feliciter illi cedere: ego interim scio, quod
illis solis bene erit, qui Dei reuerentur

13 Impio vero, quantumuis appareat,
nihil continget veri boni: quin et dies
vit*e* illius, etsi multi videantur, citius
v*imbra*, que res est nihil, abibunt.

14 Est & alia vanitas, & frequens in
hac vita: videmus eni*m* ea eueni*r*e iustis
mala, quod impios ferre decebat: & econ*tra*
trario imp*is* bona, que iustos accipe*r*e
æ*quum* erat: certe hoc vehem enter
molestum est.

15 Quare laudau*i* hilaritatem animi
nec quicqua vidi melius, quod comedere
& bibere, et frui bonis: hoc eni*m* solum
accipiet homo tanqua suum ex o*m*o*l*
lestia, qua se fatigat, diebus quibus vi*t*
tamilli Deus concedit sub sole.

16 Sic acc*co*modau*i* aim*am* me*u* studio
sapienti*æ*, vt cognoscer*e* que fiunt no*b*
bis in terra degentibus, vt serepe nec die,

Gg nec no-

ECCLESIASTES

nec noctu somnū indulserī oculis me

17 Et confyderauit hæc tā varia (is.
opera Dei, q̄ facta sunt, & quę fiunt af-
fidue, & deprehēdi non posse vllū ho-
minē inuenire rationē alicuius rei, ex
oībus quę tā varia fiunt sub sole, etiā si
conetur omnibus viribus inuenire: q̄
& sapiens ipse, si conetur, frustra labo-
rabit.

C A P V T I X .

O Mnia hæc diligēter reuolui in
animo, & compperi, quōd iustū
& sapientē, et opera eorū deus
habeat in sua potestate, nec q̄
quā nouit quos habiturus sit vel ami-
cos vel inimicos. cuncta enim hæc ho-
minem latent.

2 Cunctæ res eodē interibūt modo,
nec quicquā ab interitu liberū est, non
iustus magis q̄ impius: nec bonus et in-
nocens magis q̄ prauius, nec q̄ sacrificio
Deum venerās magis q̄ Deum contē-
nens: non aliter interibit bonus q̄ ma-
lus, iurare consuetus q̄ is qui à iuramē
tis abstinet, ne Deum offendat.

Hoc mo-

CAPUT IX.

3 Hoc molestissimum est omniū, quæ
sub sole fiunt; quod omnia absq; vlo
discrimine eodem modo intereunt: et
corda hominū interim implentur ma
lis ad insaniam vsq; toto tempore vi
tæ vsque ad sepulchrum.

4 Quandiu is versatur inter viuos,
aliquid habet amplius q; si mortuus es
set: sicut canis viuus aliquid habet am
plius, q; leo mortuus.

5 Si quidem i; qui viuunt, hoc habet
quod se sciunt morituros: mortui ve
ro nihil horū nouerunt, nec sunt apud
viuos vlo amplius in pretio, sed obli
uioni penitus traditi.

6 Nec amicos amplius, nec inimicos
nec qs emulētur habet; nihil illis am
plius cōmune est cū hoc mundo, quē
reliquerunt cum oībus quē in eo sunt

7 Comede ergo letus cibū tuū, et bi
obe animo hilari vinum tuum: iamdu
dum enim placent opera tua Dco.

8 Oī tēpore sint vestes tuę splēdidæ
et caput tuū assidue delibutū vnguēto.

Gg 2 Oblea.

Hoc mo



ECCLESIASTES

, Oblecta vitā tuam cū uxore quā
amas, tempore quo tibi viuendum est
in hac vanissima vanitate, qua omnes
dies tui pleni sunt hoc enim solum est
proprius tuum ex omni labore, quo te
fatigas tota vita tua sub sole.

10. Quicquid tibi occurrerit, quod facien-
dum putes, fac fortiter: nihil enim horū
operū quae hic fiunt, neque consilii, neque
prudentiae, neque sapientiae quicquam in se
pulchro, quod tu properas, inveniatur es.

11. Observando ea, quae fiunt sub sole, didi-
ci quod raro adhibent veloces ad curren-
tium, neque robusti ad gerenda bella: quoniam &
sapientibus saepe deest vnde viuant, nec
habent industrias diuitias, nec rerū periti
in pretio sunt, sed tanquam ignavi semp-
tuos et rēpus et casus oēs in medio tollit

12. Nec magis nouit homo tempus
mortis sua, quam pisces priusquam hamo ca-
piantur, vel aves priusquam laqueo irre-
tiantur: sicut enim capiunt illę, sic mors
de improviso homines illaqueabit.

13. Sed & hoc vidi, quod esset sapien-
tia sub

E S
xore quā
ndum est
z omnes
olum er
quo de
facime
ni hori
li, ne
ū in se
arū es.
de, dicit
uram
gn &
npec
i penit
ai temp
lio tollit
tempus
amo a
ue irre
ic mors
ebit.
et apien
ta sub

CAPVT X.

tia sub sole, & meo iudicio magna.

14 Ciuitas enim quedā fuit parua, & viri in ea pauci, et rex potēs obsidione cinxit eā, & turres extruxit contra eā.

15 Etiuērus est in ea vir pauper, sed sapiens, qui seruauit ciuitatē illā sapientia sua: nec fuit vñquā ante periculum habita ratio pauperis illius.

16 Iudicauit tñ ego, q̄ vtilior esset sapientia viribus corporis: & tñ sapientia pauperis illius tanto tēpore cōtempta fuit, nec verba illius à quoq; æstimata.

17 Verba sapientū, etiam si non multum clament, ipsa efficaciora sunt, quā principis stulti vociferatio.

18 Sapientia melior est instrumentis bellicis: qui int̄cim peccat in uno aliq; quo, plurimum boni amittere.

CAPVT X.

Iicut muscae in vnguentū quantū uis fragrans collapsæ, si illic moriantur, vnguentum corrumputur, & bullis veluti scabie obducunt, sic parua s̄epe stultitia hoi ob sapientiam

Gg ; tiām

ECCLESIASTES

tiam & reliquias naturæ dotes claro,
multum existimationis adimitt.

2 Cor sapientis in dextera illius est,
& cor stulti in sinistra.

3 Quacumque iuerit stultus, vecordia
eum comitabitur, & tanquam ipse solus
sapiens sit, obuios oesstulos appellabit

4 Si dominandi cupiditas animum
tuum inuaserit, locum priorem ne fa-
cile deserueris: qui enim cōpescit in hu-
iustmodi cupiditatibus animū suūm,
multa vitabit & grauia peccata.

5 Frequēs enī est malū sub sole, qd ab
imprudentia principis proficiscitur.

6 Collocantur s̄epe stulti inter pri-
mos et potentissimos, pr̄teritis illis q
ad res gerēdas vehemēter idonei sunt.

7 Et vidi seruos obequitare, tanquam
nobiles sint: & nobiles seruorum mo-
re, pedibus iter facere.

8 Qui fodit foueā, incidit in illā, et q
dissipat sepē, mordebit illum serpens.

Stultos ef se signifi: 9 Qui prōiectit lapides, fatigabitur se
pe iaciendo: & qui fecat ligna, sentiet
quant:

C A P V T X.

quantum eares habeat difficultatis. cat & pes

10 Si retusum fuerit ferrū quo secāt rulosos
ligna, quantūvis fortibus multū nego: magnorū
cū exhibebit: sapientia vero, difficiles conatus, si
alioqui res, sēpe faciles reddet. prudentia

11 Serpens qui non ēdito sibilo mor desit,
det, per omnia delatori similis est.

12 Quę sapiēs dicit, gratiam habent:
sermo vero stolidi, ipsum subuerteret.

13 Principiū verborū illius stultitia,
& finis furia quę periculo non caret.

14 Sultus sic verba multiplicat, vt
nemo intelligere possit dum lōquitur
quid velit, & multo minus de futuris
aliquid ex illis colligere.

15 Conatus stultorum lassabit eos, quia
rationem viuendi ciuiliter ignorant.

16 Infelix patria est cuius rex est pu-
er, & principes mane comedunt.

17 Felix patria cuius rex vir strenu-
us est, & principes tempore quo opor-
tet comedunt, non comestationibus de-
diti, sed comedunt quantum satis est ad vi-
res corporis conseruandas.

Cg 4 Ignæ

ECCLESIASTES

18 Ignavia domini domus soluetur
contignatio : & pigritia eius fiet, vt ar-
ceri non possit pluuiia.

19 Ad voluptatem parant cibos, &
vinum bibunt vt se exhilarant, quoru-
nequitiae pecunia suppeditat omnia .

20 Tu interim ne ausus fueris, vel
cogitare semel, vt huiusmodi in rege-
vel principe reprehendas, etiam si so-
lus in cubiculo tuo fueris : fiet enī pa-
lam, si non aliunde , certe aues quaē in
aere volitant, clam esse non sinent.

C A P V T V N D E=

C I M V M .

De elec-
mosynis **P**Roijce panem tuum in præter-
intelligit fluentes aquas, & scito non peri-
turum: tandem enim recipies.

2 Liberaliter egentibus tribue
sic enim fiet, vt non sentias mala quaē
imminent.

3 Vbi plenæ fuerint nubes, imbrem
suum fundent in sitientem terram, &
fructus arboris quocunq; loco cecide-
tit, sic

CAPVT XI.

rit, siue in plaga Australi, siue Aquilo-
nali, erunt qui colligent illum.

4 Qui obseruat curiose ventum,
non seminabit: & qui metuit nubes,
non metet.

5 Sicut ignoras, quomodo anima
coniungatur corpori, & ossa compin-
gantur in vtero prægnantis: sic nun-
quam intelligere poteris rationem ul-
lius earum rerum, quas Deus fecit tam
multas & varias.

6 Mane semina semen tuum, & ve-
speri ne cessâ: nescis enim vtrum fe-
licius proueniet, quod mane an quod
vesperi seminatum est, an illud quod
mane & vesperi.

7 Suave est lumen, & gratum ocu-
lis videre solem.

8 Interim si cui contingat multis an-
nis suauiter viuere, & tandem in me-
moriā reuocauerit, quanto tempo-
re hoc sole & lumine eius carendum
erit, iudicabit hæc fluxa, cassa & ina-
nia esse omnia.

Gg ; Ob

ECCLESIASTES

¶ Oblecta te adolescens dum ætas
est integra, indulge genio, & versare
in illis quæ animus desyderabit, &
oculi cōcupiscent: sed scito q̄ Deo red
diturus sis rationem de omnibus.

¶ Pelle ex animo tuo iracundiam,
& à corpore molestiam: adolescentia
enim & reliquum totius vitæ tempus
vanitatis secum satus adferent.

CAPVT DVODE- CIMVM.

Habe ergo ante oculos creato-
rem tuum, dū integra adhuc
ætas est, priusquā veniant dies
pleni malis, & anni quibus nī
hil libebit boni facere.

¶ Priusquam obscuretur tibi sol &
Manus in lumen eius, luna quoq; & stelle, & ca-
telligi vultigo obtegat oculos tuos.
qbus nos ; Quod fiet, vbi debilitati fuerint
maxime custodes domus, & membra quibus
defendere nunc valemus, viribus suis destituta
solemus. fuerint : & visus oculorum, qui nunc
veluti

CAPVT XII.

veluti ex cauernulis prospectat, deß:
cere ceperit.

4 Vbi claudi cœperunt ianuæ plateę
(per quam it cibus) vbi perierit latra:
tus stomachi, & hamo tam debilis fa:
ctus fuerit, vt ad vocem auiculæ exci:
tetur, & perierint omnia organa catus.

5 Tunc è cœlo metum, & malum in
se casurum, & terrores eos quacunque
iuerint inuident: tūc canis aspergetur
caput, & nutabunt pedes, et peribit ape:
petitus, quę signa sunt, eos hinc migra:
re in domum alterius sæculi: circunda:
bunt eos in platea lugentes, vt subla:
tum in humeros efferant.

• Quicquid præcedit diem, quo
rumpetur funiculus argenteus, & dif. Medullam
fluet pingue illud aureum, & com. intelligit, q
minuetur hydria iuxta fontem, & fra: trāst spinā
etis rotis currus in foueam per præ. dorsi, q vel
ceps ruet.

7 Et reuertetur puluis in terram vnfa, necesse ē
de sumptus est, & anima redibit ad de hominem
um, qui dedit illam.

minimū le

mori.

Vanis

ECCLESIASTES

8 Vanissima sunt omnia, inquit Ecclesiastes, & nullo tempore non vana.

9 Et quia sapiens erat supra omnes alios Ecclesiastes, multa alia populum docuit: diligenter enim scrutando omnia, multa inuenit ad sapientiam pertinentia, & multa restituit, sapienter ab alijs dicta.

10 Studiosus valde fuit hic concionator, ut utilia & scitu digna inueniret, quae autem inuenit, bona fide charatis mandauit.

Vocabulo 11 Verba sapientum sunt veluti stimuli, q̄ muli, & veluti clavi viri studiosi, hic vritur, qui alijs inculcant, quæ ab unico passib[us] subdicatis store Deo, ut illis excitemur, dona millimos ta sunt ipsis.

asini esse 12 His paucis fili mi admonitum tenetos, & frequenta: ut autem omnia perstringantur sigillatim, ne plurimis quidem ligere nos bris fieri poterit, & labor multa scri: extimulacionibus.

13 Finis omnium rerum qualis sit, iam auditum est: tu Deum reuerere, & manu

C A P V T X I I .

& mandata illius obserua : illo enim
solo acquiritur, quicquid vere hoīem
& solide beatum facere potest.

14 Nec ignorare Deum putas , quæ
tu facis : omnia namque diligentissi-
me expendet, siue bona fuerint , siue
mala, etiam ea quæ nobis videntibus
penitus occulta.

E C C L E S I A S T A E
F I N I S .

¶ Psalmo. 89. versu. 8. pro confiteri,
lege, conferri.

A N T V E R P I A E ,
Typis Ioannis Graphei.
Anno . M. D.
XXXV.

СЛУЧАЙ

когда я был в Азии
встречалася с ним
и говорил ему о
том, что я не могу
помочь ему, ибо
он не имеет никаких
прав на то, чтобы
мог помочь ему.

Был ли он прав?

БЫЛ



ПОЧЕМУ?

Для этого есть вина
и для этого есть
право на помощь.

ДАЧА ВСТУПИА

Все это было сделано
для того, чтобы помочь

Herzog August Bibliothek
Wolfenbüttel




Herzog August Bibliothek
Wolfenbüttel

Gray Scale



A. f. 21.

Herzog August Bibliothek
Wolfenbüttel



Gray Scale

Herzog August
Bibliothek
Wolfenbüttel

2

0

